QUINTA DIOECESANA

SYNODUS

S. BENEVENTANÆ ECCLESIÆ


Ab Eminentiſs. & Reverendiſs. in Chriſto Patre, & Domino

FR. VINCENTIO MARIA

Ordinis Prædicatorum, Tituli S. Sixti S. R. E. Presbytero Cardinali Urſino, Archiepiſcopo.

Celebrata die 24. Auguſti Anno Domini MDCXC.

SECUNDA EDITIO



BENEVENTI, Typographia Archiepiſcopali.

M.DC.XCVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

DECRETUM

DE APERITIONE SYNODI.

In Nomine Sanctiſſimæ, ac Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti, Amen.

FR. VINCENTIUS MARIA ORDINIS PRÆDICATORUM, miſeratione Divina Tituli S. Sixti, S.R.E. Presbyter Cardinalis Urſinus, S: Metropolitanæ Eccleſiæ Beneventanæ Archiepiſcopus.

ECCLESIASTICARUM rerum, quæ correctione opus habent neglectum Chalcedonenſis Concilii Patres Synodorum infrequentiæ non injuria tribuerunt: *(a)* quandoquidem, & aliis Sanctiſſimis Patribus id adeò vulgatum fuit, ut Leo prius pontificum maximus *(b)* binos Synodales Conventus per annos ſingulos indixerit: & Nicęnum Concilium unanimi trecentorum decem & octo Pontificum conſenſu firmaverit, *(c)* & licet ſeptima Synodus *(d)* ſemel tantum in anno, & Tridentinum Concilium *(e)* quotannis ſolummodò Synodum cogendam indulſerint, Sancta hæc noſtra Metropolitana Eccleſia primævæ diſciplinæ firmitèr inhærens binas Synodos ſingulis annis (quamvis in priore, ut plurimùm Conſtitutiones edat) coadunandas amplexa eſt. Quapropter nos tritum hoc iter tenentes, quintam Diœceſanam Synodum ſuperiore anno indictam hac ipſa die 24. Auguſti 1690. ad Omnipotentis DEI, & JESU CHRISTI filii ejus Domini noſtri, SS. Deiparæ, S. Michaelis Archangeli, B. Apoſtoli Bartholomæi, Sanctorum Pontificum noſtrorum Januarii, & Barbati, Sanctorum Dominici, & Pilippi Nerii, cæterorumq; noſtræ Civitatis Sanctorum Patronorum, aliorumque Sanctorum gloriam, honorem, & laudem, apertam eſſe, atque inceptam volumus, promulgamus, & decernimus.

Reliqua Decreta, nempè de modo vivēdi in Synodo, de Miniſtris Synodalibus, de præjudicio non afferendo, de non diſcedendo, de oratione publi-

(a) *c.pervenit d.*18. (b) *c.de Conciliis.* (c) *c.habetur.* (d) *c.quoniam. eadem d.*18. (e) *ſeſſ.*24.*de reform.cap.*2.

Digitized by Google

publica, de fidei profeſſione, & de cæteris hujusmodi, habentur in actis, quæ in Archiepiſcopali Cancellaria ſervantur.

CAPUT I.

De Confirmatione Diœceſanarum Synodorum ãnis 1686. 1687. 1688. 1689. *editarum, necnon de methodo earundem deinceps habendarũ.*

1 DIœceſanas Synodos, unà cum earum Appendicibus, annis 1686. 1687. die 24. Auguſti, & 1688. die 25. Octobris, & 1689. conſueta die 24. Auguſti à Nobis editas, typis datas, & promulgatas, preſenti Synodo confirmamus, & ab omnibus, quorum intereſt, inviolabilitèr obſervari mandamus, ſub pœnis in illis ſtatutis, & comminatis.

2 Quia verò majores inter Pontificales functiones actio Synodalis refulget, ut hæc ritè, & rectè peragatur, Methodum ejusdem pro die 24. Auguſti in prima noſtra Synodo, necnon pro Synodo Litaniarum, quæ incipit die 25. Octobris alteram Methodum in ſecunda noſtra Synodo edidimus, huic tantum addentes quomodo, abſente Archiepiſcopo, Præſes Synodi ſe gerere debeat: cum autem contigat, ut & à Synodo diei 24. Auguſti Nos abeſſe liceat, ut accidit ſuperiore anno 1689. quo ad Urbis Conclave de menſe Auguſto pro Summi Pontificis electione vocati fuimus; opere pretium viſum eſt, ut & priori methodo addamus quonam pacto Præſes Synodi, abſentibus Nobis, ſuam dirigat actionem. Et idcircò utriusque Synodi utrâque Methodum, tam præſentibus Nobis, quam abſentbus, hujus Synodi Appendici inſertam damus, & (ne rursùs in antiquum chaos tanta res dilabatur, nevè omnia ſusq;deq; ut antea, ferantur) adamuſſim, ac perpetuò ſervari mandamus.

CAPUT II.

De Sanctiſſima Eucharistia

1 QUæcunque in hac Militanti Eccleſia ſancta ſunt, ad Sãctum Sanctorum, cujus vera, & realis præſentia in SS. Euchariſtia eſt, referuntur. Templa, altaria, luminaria, Sacerdotes, feſta, ad id inſtituta: quinimò D. Dionyſius, (*a*) *Ad hoc Sacramentum, tanquàm ad ſuum finem Sacramenta omnia alia ordinari*, fatetur.

2 Et ut olim ignis in Altari ſemper ardebat (*b*) ità & nunc antè tabernaculum, inquo SS. Euchariſtia cuſtoditur, lampas ſemper accenſa collucere debet. (*c*) Quia verò in Parochialibus, quamplurimis in altari majori aſſervari conſuevit, & ut quanta maxima fieri poteſt

(a) *cap. 3. de Eccl. Hier.* (b) *Levit. c. 6. v. 12.* (c) *Carem. Epiſc. lib. 1. c. 12. Concil. Prov. Mediol. 1.*

Digitized by Google

poteſt decentia haberetur, Confraternitates ibidem erectæ fuere. Ruſtica progenies, quæ modũ neſcit habere in non paucis noſtræ Diœceſis locis alterum ſibi altare erexit, appoſita Salvatoris imagine, antè quam lampades argenteas ardentes extollunt, relicto verò Chriſti Corpore ſoli Archipresbytero, vel Parocho, qui ut plurimum vix tot reditus, quot pro ſubſtentatione, aliiſque oneribus ferendis ſufficiant, percipiunt; ideòque SS. Eucariſtiæ manutentioni ſatis non ſunt.

3 Quocircà hujuſmodi Cappellas contra Confraternitatum inſtitutum erectas, ſuppreſſas decernimus, prout preſenti conſtitutione ſupprimimus, & ipſas SS. Corporis Chriſti ſocietates, ad SS. Euchariſtiæ manutentionem obnoxias, & ex ſocietatis reditibus oleum pro lampade comparandum, declaramus; aliàs Oeconomis, ſeù quocunque nomine Adminiſtratoribus huic noſtro decreto parere abnuentibus, Archipresbyteri, & Parochi, abſq; alio Curiæ noſtræ mandatu, ad fructuum ſequeſtra, hoc ipſo jure, procedant.

4 Quod ſi Societas SS. Corporis Chriſti tantos reditus non habet ut hoc onus ſupportet; aliæ Societates in Parochiali Eccleſia erectæ, & inſtitutæ pro rata id tribuant, & Archipresbyteri, & Parochi erga eas ſuo jure utantur; nam ad hoc inſtitutæ ſunt, ut Ecàleſiis, in quibus erectæ reperiuntur, adjumento ſint, prout noſtri arbitrium in Domino expediens judicaverit: quod ex conſtitutione s.m. Clementis PP. VIII. quæ incipit: *Quæcumque à Sede Apoſtolica*: ſub datum Romæ die 24. Decembris 1604. liquidò conſtat, quam Confratres, non exbibliothecis requirant, oportet; quandoquidem in ſuæ quiſque aggregationis diplomate de verbo ad verbum inſertam habet, & hæc ibi: *Eleemoſynas autem ſic collectas in reparationem, & ornatum Eccleſiarum; tam Ordinum Religionum, inſtitutorum erigentium, inſtituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium: quàm Confraternitatum, & Congregationum erigendarum, inſtituendarum, & aggregandarum, & quibus cõmunicationes fient, aut in alios earum pios uſus, arbitrio ejuſdem Vicarii noſtri in Urbe, nec non ordinariorum locorum reſpective fidelitèr exponere, atque erogare procurent, ut omnes intelligant, Cæleſtes Eccleſiæ theſauros, nõ quæſtus, aut alicujus lucri cauſa, ſed pietatis, & charitatis excitandæ gratia, ex Apoſtolicæ Sedis benignitate Chriſtifidelibus aperiri.*

5 Et ne Societatum SS. Corporis Chriſti reditus in elaboratæ ceræ diſpendia inutilia, ut hactenus abuſus fuit, conſumantur: præcipimus, ut quotiès SS. Viaticum ad infirmos defertur, ſex tantùm

icerei à Societate ſubminiſtrentur, & loco aliorum, quatuor laternæ ardentes præferantur, cum in locis pręcipuè montanis, ubi ventus nhabitare videtur, hæ magis, quàm illi uſui ſint. Si qui verò ex populo proprios cereos deferre velint, id eis non ſolùm licet, ſed quoties Parochiani hoc religioſiſſimæ pietatis officium præſtabunt, toties ſeptem Indulgentiæ annos, & totidem quadragenas ex Apoſtolico Indulto lucrabuntur; prout ex brevi s. m. Innocentii PP. XI. ſub datum Romæ die 1. Octobris 1678. & nos quoque centum dies de vera indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta concedimus.

CAPUT III.

De Miſſæ Sacrificio.

1 INter cætera, quæ Paſtorali Pontificum ſolicitudini Tridentina Synodus curanda mandavit,(a) illud quidem præcipuum eſt, ut ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, quanta maxima fieri poteſt devotionis, ac pietatis ſpecie peragatur. Cum igitur multa ſivè temporum vitio, ſivè hominum in curia irrepſiſſe in S. Viſitatione acceperimus, quæ à tanti ſacrificii dignitate aliena ſunt; eadem præſenti conſtitutione eliminanda decernimus.

2 Mandamus itaque ut nullibi Eccleſiarum, ubi ſumma Gregoriani cantus peritia deſideratur, Miſſæ cum cantu, quem aereum vocant, celebrentur, ſed æqua vocum concordia, quemadmodum Clerici Regulares, Theatini appellati, conſueverunt, peragantur, donec pręfatum cantum edocti, & à Nobis, ſivè de noſtro ſpeciali mandato probati, Miſſis de cantandis idonei reperiantur. Idipſum quo-ad reliqua officia præceptum intelligatur, qui hujuſmodi conſtitutionis tranſgreſſor deprehenſus fuerit ineptum cantum ſex ducatorum pœna deplorabit.

3 Qui verò eundem cantum callentes Miſſarum celebrant ſolemnia, caveant ne latum quidem unguem à rubricis deficiant; nonnulli ſiquidem tanquam ſummo tædio affecti, vel dum ſequentia cãtu in choro perſolvitur ſivè pro Miſſa Paſchatis, Pentecoſtes, & Corporis Domini, ſivè pro agenda defunctorum; vel dum Symbolum fidei, quo S. Romana Eccleſia in Dominicarum nonnullorumque aliorum feſtorum Miſſis, uti aſſolet, decantatur, Miſſam ipſam ſubmiſſa voce, non ſinè adſtantium fidelium ſcandalo proſequuntur. Tantam celeritatem duorum ducatorum pondere pro qualibet tranſgreſſione cohibemus, ne qui plantati in domo Domini eſſe debent, tanqnam foliũ, quod vento rapitur, ab altari deinceps ſeſe expediant.

4 In-

(a) *ſeſſ. 22. decr. de obſerv. & evit. in celeb. Miſſæ.*

Digitized by Google

4 Inhibemus prætcrea ne quadrageſimali tempore, aliisq; diebus, quibus in Cathedralibus,& præcipuis Eccleſiis planetæ plicatæ uſui ſunt, in minoribus Eccleſiis Miniſtri dalmaticas, & coloris non rarò incongrui, deinceps induant; ſed ubi Miſſas canere licet, albam tantum, & cum ea Subdiaconus quidem manipulum, Diaconus vero ſtolam inſuper adhibeant: prout Miſſalis Rubricæ *(a)* præcipiunt.

5 Illud denique omninò eliminandum præcipimus, quod in nonnullis noſtræ Archidiœceſis remotioribus partibus fieri deprehendimus, Clericos nempè, communibus tantum veſtibus indutos in Choro aſſiſtere, & Miſſarum ſolemnia celebranti reſpondere, & quæ cavenda ſunt perſolvere: ignorantes habitum Clericalem ſuperpelliceum eſſe, quod Epiſcopus Ordinator ſolum imponens, *habitum Sanctæ Religionis* appellat; *(b)* ſi quis in poſterum vel pro Miſſa, vel pro Divinis officiis celebrandis id auſus fuerit, à ſacris miniſteriis ſit ipſo facto ſuſpenſus, à nemine, niſi à Nobis, tali vincolo abſolvendus.

CAPUT IV,

De Feſtis Sanctorum Januarii P. & M. & Dominici Conf. Regni Neapolitani Patronorum Beneventi ſeruandis.

CUm ſanctæ memoriæ Alexander PP. VII. ſuo Brevi ſub datum Romæ apud S.Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 28. Junii 1664. concеſſerit, feſtum S. Dominici, æquè ac S. Januarii, Regni Neapolitani Patronorum in eodem Regno de præcepto, & officium cum octava ſervari, & celebrari debere: quemadmodùm in univerſa noſtra Archidiœceſi ab illo die ſervatum, & celebratum eſt: In noſtra verò Civitate, quæ cum alijs Regni non computatur, Cives ancipites fuere, an id eiſdem competeret.

2 Ut autem juxtà Sacros Canones *(c)* à capite membra diſcedere non decet, ita nec à membris caput convenit diſſentire: & aliud ſanè quod temporale eſt, aliud omninò quod ſpirituale. Idcircò mandamus, ut tàm S. Januarij Pontif. & Mart. cujus locum, licèt indigni, tenemus, quàm S. Patris noſtri Dominici, in Civitate noſtra (quæ jamdiù eoſdem ſpeciali titulo Patronos veneratur) veluti, & in tota Archidiœceſi, & feſta ſerventur, & eorum officia cum octava celebrentur, Quod præſenti conſtitutione perpetuò valitura ſancimus.

CA-

(a) *de qual.param.tit.*19.*nu.*7. (b) *Pontif.Rom.p.*1. (c) *c.non decet. c.placuit.c.de iis,qui.d.*12.*c.Inſtitutio.de conſec. diſt.*2.

Digitized by Google

CAPUT V.

De Proceſſionibus.

1 PRoceſſio, à procedendo in publicum, quaſi progreſſio, & ab orationibus fundendis, divinaque miſericordia imploranda ſupplicatio appellata, quanta maxima fieri poteſt gravitate, devotione, & reverentia, ut Cleri exemplo populus ad modeſtiam, & orationem excitetur, perſolvi debet. Quo circa ſervandæ in ea diſciplinæ tabellam in conſtitutionum quartæ Synodi calce appoſuimus. Quia verò nonnulli, quos lectionis tædet; neque ſi illa extet, noverunt, acta agere cogimur, ut omninò excutioni demandetur.

2 Caveant itaque Clerici, cujuscunque ordinis ſint, ne in proceſſionibus tàm intra, qnàm extra Eccleſiam peragendis, ſalutationibus vacent; ſed operto capite, quod extra Eccleſiam tantum licet, procedant, nulli aperiendo, & quod indecentius eſt adhuc operto inclinando: Nihil enim in ea, quæ agit intendere oſtendit, qui huc, illucque oculos divertens, importunam, & inurbanam exhibet urbanitatem; ideoque oculorum vagationem vitare jubentur, qui in publicis ſupplicationibus procedunt.

3 Cæterum Proceſſionum Prefecti præfatam tabella in omninò ſervandam curent; & transgreſſores ſemel, atque iterum monitos, ad nos tertiò deferant, pro contumaciæ modo corripiendos.

CAPUT VI.

De Sacra Supellectili in Eccleſiæ Sacrario ſervanda.

1 QUanti ſit, ſacra vaſa, ſacrasque veſtes non ab aliis, quàm Eccleſiaſticis viris tractari Sixtus Papa his verbis admonuit: (a) *In Sancta hac Apoſtolica Sede ſtatutum eſt, ut ſacra vaſa non ab aliis, quàm à ſacratis, Dominoque dicatis contractentur hominibus; indignum enim valdè eſt, ut ſacra Domini vaſa, quæcumque ſint, ab aliis, quàm à Domino famulantibus, eique dicatis tractentnr viris: ne pro talibus præſumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo ſuo: & hi etiam, qui non peccaverint, mala patiantur, aut pereant; quia perit juſtus ſæpiſſimè pro impio*: & de ſacris veſtimentis Stephanus Pont. Max. inquit: *Veſtimenta Eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, & ſacra debent eſſe, & boneſta: quæ nec ab aliis debent contingi, niſi à ſacris hominibus.*

2 Quæ cum ita ſint, animadverſione vacare non debet, quod laici Confratres calices, Cruces, thuribula, planetas, dalmaticas, pluvialia, & alia ſacra veſtimenta pro ſuis Cappellis confecta, tra-

ctant

(a) *c. in ſancta. c. veſtimenta. de conſecr. diſt. 1.*

Digitized by Google

ſtant, & in armariis ſub clave cuſtodiunt, quæ in S. Viſitatione confuſim habita, fracta, & ruſticano modo plicata deprehendimus: quapropter præſenti conſtitutione ſancimus, ut amodò id genus vaſa, & veſtimenta in Eccleſiæ Sacriſtia ab Archipresbyteris, & Parochis aſſerventur; aliàs à Divino altari, hoc ipſo jure ſuſpenſa, arceantur.

CAPUT VII.

De Dignitatibus, Canonicis, & Manſionariis.

1 CUm Tridentina Synodus ſtatuerit, (*a*) ut quicunque in Cathedrali, & Collegiata Eccleſia, Divinis mancipatus officiis, in Subdiaconatus ordine ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in capitulo non habeat: ex hoc decreto perperàm intellecto, uſus, seù potiùs abuſus, invaluit: ut quisquis in Subdiaconatus ordine non conſtitutus, ſicut voce; ita, & diſtributionibus privetur. Hoc enim ſimplicitèr verum non eſt, nam hi, non Subdiaconi, aut Canonici ſunt, aut Manſionarii: ſi Canonici, infra annum, qùo Subdiaconatum non ſuſcipiunt, voce quidem carent, ſed diſtributionibus gàudent; elapſo verò anno, & ſua ipſorum culpa iu Subdiaconatus ordine non conſtitutis, (*b*) dimidia dumtaxat diſtributionum pars ſubtrahitur: ſi Manſionarii fuerint, cum nullo hoc vinculo teneantur, etiam ſola prima tonſura initiati integris diſtributionibus, dummodò interſint, fruuntur.

2 Hinc patet abuſum pariter eſſe, ut Subdiaconi una diſtributionum parte, Diaconi duabus, & Sacerdotes integris gaudeant diſtributionibus: tum etiam, quia contra mentem Tridentini eſt, quod abſque limitatione (*c*) decrevit: *Diſtributiones verò, qui ſtatis horis interfuerint, recipiant*: tùm denique chori ſervit noxium; nam qui in ſacris non ſunt; chorum deſtituunt, & Eccleſia debitis defraudata obſequiis, non exiguum in ſpiritualibns patitur detrimentum: ut accidit noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ Manſionariis, ex quibus plures in minoribus conſtituti pondus diei, & æſtus portantes, nec pares in diſtributionibus facti ſenioribus, qui torquendam eis ſtivam commiſerunt, vel chori frequentiam deſerunt, ve! pondus ipſum ægrè admodum ferunt.

3 Quapropter ubique Eccleſiarum noſtræ Civitatis, & Diœceſis, ubi horæ Canonicæ cum cantu perſolvuntur (attenta Canonicorum, non Subdiaconorum, limitatione) omnibus, etiam nondum in

B ſacris

(a) *ſeſſ. 22. de reform. cap. 4.* (b) *Clem. ut iis. de ætat. & qual.* (c) *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.*

Digitized by Google

CAPUT V.

De Proceſſionibus.

1 PRoceſſio, à procedendo in publicum, quaſi progreſſio, & ab orationibus fundendis, divinaque miſericordia imploranda ſupplicatio appellata, quanta maxima fieri poteſt gravitate, devotione, & reverentia, ut Cleri exemplo populus ad modeſtiam, & orationem excitetur, perſolvi debet. Quo circa ſervandæ in ea diſciplinæ tabellam in conſtitutionum quartæ Synodi calce appoſuimus. Quia verò nonnulli, quos lectionis tædet; neque ſi illa extet, noverunt, acta agere cogimur, ut omninò excutioni demandetur.

2 Caveant itaque Clerici, cujuscunque ordinis ſint, ne in proceſſionibus tàm intra, qnàm extra Eccleſiam peragendis, ſalutationibus vacent; ſed operto capite, quod extra Eccleſiam tantum licet, procedant, nulli aperiendo, & quod indecentius eſt adhuc operto inclinando: Nihil enim in ea, quæ agit intendere oſtendit, qui huc, illucque oculos divertens, importunam, & inurbanam exhibet urbanitatem; ideoque oculorum vagationem vitare jubentur, qui in publicis ſupplicationibus procedunt.

3 Cæterum Proceſſionum Prefecti præfatam tabella in omninò ſervandam curent; & transgreſſores ſemel, atque iterum monitos, ad nos tertiò deferant, pro contumaciæ modo corripiendos.

CAPUT VI.

De Sacra Supellectili in Eccleſiæ Sacrario ſervanda.

1 QUanti ſit, ſacra vaſa, ſacrasque veſtes non ab aliis, quàm Eccleſiaſticis viris tractari Sixtus Papa his verbis admonuit: (a) *In Sancta hac Apoſtolica Sede ſtatutum eſt, ut ſacra vaſa non ab aliis, quàm à ſacratis, Dominoque dicatis contractentur hominibus; indignum enim valdè eſt, ut ſacra Domini vaſa, quæcumque ſint, ab aliis, quàm à Domino famulantibus, eique dicatis tractentnr viris: ne pro talibus præſumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo ſuo: & hi etiam, qui non peccaverint, mala patiantur, aut pereant; quia perit juſtus ſæpiſſimè pro impio*: & de ſacris veſtimentis Stephanus Pont. Max. inquit: *Veſtimenta Eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, & ſacra debent eſſe, & honeſta: quæ nec ab aliis debent contingi, niſi à ſacris hominibus.*

2 Quæ cum ita ſint, animadverſione vacare non debet, quod laici Confratres calices, Cruces, thuribula, planetas, dalmaticas, pluvialia, & alia ſacra veſtimenta pro ſuis Cappellis confecta, tra-

ctant

(a) *c. in ſancta. c. veſtimenta. de conſecr. diſt. 1.*

Digitized by Google

ſtant, & in armariis ſub clave cuſtodiunt, quæ in S. Viſitatione confuſim habita, fracta, & ruſticano modo plicata deprehendimus: quapropter præſenti conſtitutione ſancimus, ut amodò id genus vaſa, & veſtimenta in Eccleſiæ Sacriſtia ab Archipresbyteris, & Parochis aſſerventur; aliàs à Divino altari, hoc ipſo jure ſuſpenſa, arceantur.

CAPVT VII.

De Dignitatibus, Canonicis, & Manſionariis.

1 CUm Tridentina Synodus ſtatuerit, *(a)* ut quicunque in Cathedrali, & Collegiata Eccleſia, Divinis mancipatus officiis, in Subdiaconatus ordine ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in capitulo non habeat: ex hoc decreto perperàm intellecto, uſus, ſeù potiùs abuſus, invaluit: ut quisquis in Subdiaconatus ordine non conſtitutus, ſicut voce; ita, & diſtributionibus privetur. Hoc enim ſimplicitèr verum non eſt, nam hi, non Subdiaconi, aut Canonici ſunt, aut Manſionarii: ſi Canonici, infra annum, quò Subdiaconatum non ſuſcipiunt, voce quidem carent, ſed diſtributionibus gàudent; elapſo verò anno, & ſua ipſorum culpa iu Subdiaconatus ordine non conſtitutis, *(b)* dimidia dumtaxat diſtributionum pars ſubtrahitur: ſi Manſionarii fuerint, cum nullo hoc vinculo teneantur, etiam ſola prima tonſura initiati integris diſtributionibus, dummodò interſint, fruuntur.

2 Hinc patet abuſum pariter eſſe, ut Subdiaconi una diſtributionum parte, Diaconi duabus, & Sacerdotes integris gaudeant diſtributionibus: tum etiam, quia contra mentem Tridentini eſt, quod abſque limitatione *(c)* decrevit: *Diſtributiones verò, qui ſtatis horis interfuerint, recipiant*: tùm denique chori ſervit noxium; nam qui in ſacris non ſunt; chorum deſtituunt, & Eccleſia debitis defraudata obſequiis, non exiguum in ſpiritualibns patitur detrimentum: ut accidit noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ Manſionariis, ex quibus plures in minoribus conſtituti pondus diei, & æſtus portantes, nec pares in diſtributionibus facti ſenioribus, qui torquendam eis ſtivam commiſerunt, vel chori frequentiam deſerunt, vel pondus ipſum ægrè admodum ferunt.

3 Quapropter ubique Eccleſiarum noſtræ Civitatis, & Diœceſis, ubi horæ Canonicæ cum cantu perſolvuntur (attenta Canonicorum, non Subdiaconorum, limitatione) omnibus, etiam nondum in ſacris

(a) *ſeſſ.22.de reform.cap.4.* (b) *Clem.ut iis.de ætat. & qual.* (c) *ſeſſ.24.de reform.cap.12.*

ſacris conſtitutis, qui Chori pondus comportant (excepta portione Sacerdotibus pro Miſſarum celebratione debita, quæ eadem pro Miſſis cum cantu, ac ſinè cantu ad hunc effectum, taxetur) diſtributiones æqua lance dividi, præſenti conſtitutione, perpetuò valitura, mandamus.

DAPVT VIII.

De Abbate inſignis Collegii Sancti Spiritus.

ABbatialem dignitatem, qua nulla poſt Pontificalem major, primus omnium in Concilio IV. Beneuentano, quod magnus Cardinalis Baronius Generale appellat *(a)* ipſis Pontificalibus inſigniis exornavit Urbanus ſecundus, anno poſt Chriſtum natum *(b)* 1091. S. Petro Cavenſi Abbati Mitram concedens: quod, & aliis deindè Sanctis Monachis Abbatiali munere ſungentibus largitèr indultum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ teſtantur *(c)*. Et in noſtris annalibus præclariſſimum eſt, quod A.D. 1276. clar.mem. Romanus de Capoferris Archiepiſcopus S. Petrum de Murone (deindè Cœleſtinum V. Pont. Max.) Abbatem S. Mariæ de Faifolis hujus Diœceſis à ſe deſignatum, conſecravit: *in qua functione*, ut noſter Ciacconius refert: *(d) novam Monachorum Eremitarum Congregationem, titulo S. Damiani, ſub regula verò S. Benedicti, quæ poſtea Cœleſtinorum vocata eſt, inſtituit.* Tantum decus, quod Beneventi ortum habuit, & incrementum, ac in religioſiſſimis viris monaſticam vitam in eadem noſtra Urbe, & Diœceſi profeſſis jamdiù claruit, & ad hæc uſque tempora in Monaſteriis Regularibus utrobique refulget, ſecularium Canonicorum Abbati in noſtra Civitate olim commune fuiſſe traditum eſt. SS. verò Pater noſter Alexander PP.VIII. idipſum de Apoſtolica benignitate excitavit; nam ex voto Eminentiſſimorũ S.R. E.Cardinalium ſuper Ritibus Eccleſiaſticis præpoſitorum noſtroque humili accedente conſenſu, dilecto filio noſtro M. R. D. Pompejo Sarnellio Sac. Theol, & V. I. Magiſtro, & Doctori, Protonotario Apoſtolico, Auditori noſtro, noſtrique inſignis Collegii S. Spiritus Abbati, ſingulari privilegio clementiſſimè indulſit, ut tàm intra Collegiatam Eccleſiam quàm in noſtra Civitate, & Diœceſi, Pontificalibus inſigniis uteretur, prout latius ex Apoſtolico Indulto, dato Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 4. Aprilis decurrentis anni, quod in Appendice hujus Synodi apponemus, patebit. Quaprop-

(a) *Baron.an.*1091. (b) *Surius tom.2.die 7.Aprilis. Gavant.p.2.tit. 1.de præp.Sacerdot.verbo Mitra.Chronic.Cav.ubi de S. Petro.* (c) *Cantipatrenſ.* (d) *Ciaccon.in vita S. Cœleſtin. V.*

Digitized by Google

propter aſſiſtentibus Nobis ex utriusque noſtræ præfatæ Civitatis Canonicæ Ordinibus P. D. Sylveſtro Brencola Lateranenſi, & P. D. Lucio Comite S. Salvatoris Abbatibus, eundem M. R. D. Pompejum Sarnellium die 14. Maii ejusdem anni in feſto Sacratiſſimæ Pentecoſtes, præſtito prius in manibus noſtris Canonico fidelitatis juramento, auctoritate noſtra Archiepiſcopali, ſolemni ritu ſtatam benedictionem largientes, Abbatem noſtæ manus impoſitione conſecratum (*a*) Pontificalibus inſigniis decoravimus: quod ut omnibus noſtræ Archidiœceſis Eccleſiaſticis innoteſcat, & rei memoria nullo unquam tẽpore intereat, hoc noſtro Synodali decreto evulgamus.

CAPUT IX.

De vita, & honeſtate Clericorum.

1 Quem faſtum, Domini temporales, ſe nimium ſupra ſe erigentes, noviſſimo Sacræ Rituum Congregationis decreto (quod in hujus Synodi calce apponemus, & ab omnibus ſervari mandamus) in Eccleſia omninò ſibi vetitum cernunt, adhuc, veſania minimè ferenda, cum Eccleſiaſticis exercere contendunt, eos vel ad pedes, vel ad genua ad ſummum inclinatos admittere non verentes; ſuperbum Satanam imitati, qui Sacerdotem in æternum ad ſuos pedes cadentem, & adorantem (*b*) habere nitebatur, cum hoc diſcrimine, quod hic omnia regna mundi ei dare ſpondebat, illi nec unum jota, nec hilum quidem.

2 Tantum ſcandalum, nullibi terrarum ſinè horrore audiendũ, deteſtantes, præcipimus, ut in ſacris conſtituti, ne hujuſmodi inclinationes ad Dominorum temporalium genua, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda, & Nobis reſervata; neve Clerici ad eorum pedes, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Nobis pariter reſervata deinceps exhibeant; & decimumquartum Edictum noſtrũ in quartæ Synodi Appendice appoſitum, relegant: quatenus ſuæ dignitatis memores, in veterem vilitatem degeneri converſatione non redeant.

CAPUT X.

De Damno dato.

Sunt nonnulli iniquitatis filii, ſive Ballivi, ſivè Actuarii, ſivè quocunque nomine nuncupentur, quos in tantum, malorum omnium radix, cupiditas occupavit, ut jus ſuper damnis datis conducentes, quatenus, & conducti pretium, & lucrum faciant, cum iis, qui animalia cujuscunque generis habent, impiè conveniunt, ut cer-

 ta ſo-

(a) *c. quoniam. diſt. 69. c. alienationes* 12. *q.* 2. (b) *Matth. c.* 4. *v.* 9.

ta ſoluta pecunia, quam *fidam* vocant, per annum à quibusvis damnis, quæ eorum animalia cujusvis ſivè Eccleſiaſticæ, ſivè laicalis perſonæ agris, vineis, aliiſque bonis dederint, ab omni pœna ſint immunes; ex quo fit, ut, & hi Ballivi, ſivè Actuarii, & cauſam damni dent, & neque Eccleſiaſtici, quod contra immunitatem eſt, neque laici, quod contra juſtitiam, à ſuſceptis damnis releventur. Cumque hoc divino juri rectà opponatur, quo decretum eſt: (*a*) *Si læſerit quiſpiam agrum, vel vineam, & dimiſerit jumentum ſuum, ut depaſcatur aliena: quidquid optimum habuerit in agro ſuo, vel in vinea, pro damni æſtimatione reſtituet.* Hujusmodi iniquas conventiones Divino, & humano juri adverſantes è noſtra Archidiœceſi averruncare cupientes, hos Ballivos, ſivè Actuarios, ſeù quocumque nomine appellentur, ſi deinceps in tantum malum irrepſerint, tamdiù anathemati, quod hac conſtitutione ferimus, ſubjicimus, quamdiù Eccleſiaſticis viris de damno dato ad æſtimationem ſatisfecerint; nam qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. (*b*) Quoad laicos verò donec tandundem paſſis damnum refecerint, Sacramētali abſolutione privamus. Si quis verò Confeſſariorum hoc relaxaverit damnum reſtituat, & per annum (*c*) à Confeſſarii officio prorsùs abſtineat. Hanc denique conſtitutionem animarum Rectores in ſolemniori populi conventu Italico ſermone pluries evulgent, ut nullus excuſationi ſit locus.

DECRETUM

De iis, quæ ad univerſas Conſtitutiones pertinent.

HOc Decretum, ſicuti extat in prima Synodo, in hac quinta confirmamus, volumusque ut omnes, & ſingulos arctet, ac ſi ad verbum hic inſertum, & relatum fuiſſet.

DECRETUM

De Synodi Concluſione.

HÆc ſunt, que Spiritui ſancto, & Nobis decernenda viſa ſunt in præſenti noſtra quinta Diœceſana Synodo, quam optatum finem conſecutam complemus. Proptereà ipſam, Deo, qui eandem cœpit, & perfecit, gratias agentes, concludendam eſſe decernimus, & concluſam denunciamus.

DE-

(a) *Exod. c. 22. v. 5. relat. in cap. ſi læſerit de injur. & dam. dat.*
(b) *c. ſi culpa tit. eod.* (c) *argum. cap. peſſimam* 23. q. 8.

Digitized by Google

DECRETUM

De Indictione futuræ Synodi.

SYnodum alteram futuram, juxta S. Conc. Tridentini ſanctiones, & antiquum noſtræ Eccleſiæ morem, indicimus habendam eſſe die 24. Auguſti ſequentis anni 1691. niſi quid emerſerit declarandum, ſeù decernendum in Synodo Litaniarum, quæ de more habebitur die 25. Octobris currentis anni 1690.

ROGITUS ACTORUM.

PRædicta omnia, & ſingula acta, & decreta in præſenti Synodo cōtenta, celebrata, promulgata, lecta, lata, & recepta fuiſſe in Eccleſia Societatis JESU, de conſenſu Patrum, ob Metropolitanæ Eccleſiæ actualem reparationem, coram univerſo Reverendiſſimo Capitulo ejuſdem Metropolitanæ, nec non admodum Reverendis Capitulis Collegiatarum Urbis, & Clero urbano, & foraneo de more ſub die 24. Auguſti 1690. Fidem facio, atque teſtor.

Ego Blaſius Grandi inſignis Collegii Sancti Spiritus Canonicus, Notarius Apoſt. & Procancellarius.

ACCLAMATIONES.

Habentur in prima Synodo Diœceſana propè finem.

DECRETUM ULTIMUM

De Synodi dimiſſione.

AD laudem Omnipotentis DEI, Beatiſſimæque ſemper Virginis MARIÆ Matris DEI, Sancti Michaelis Arcangeli, Beati Apoſtoli Bartholomæi, SS. Pontificum Januarii, & Barbati, SS. Confeſſorum Dominici, & Philippi Nerii, reliquorũque hujus noſtræ Civitatis Patronorum, cæterorumque Sanctorum, Synodum diſſolutam, ac dimiſſam decernimus: itaut unicuique licitum ſit ad proprias Eccleſias redire. Hortamur tamen, & obſecramus vos, Fratres chariſſimi quātenùs tales in veſtro munere ſitis, ut in moribus veſtris hujus noſtræ Synodi fructus elucefat, & veſtro exemplo imitationem ſanctam plebs acquirat. Lauretanæ verò Litaniæ adhuc ſingulis Sabbatis recitentur, ut Beata Virgine MARIA intercedente, quæ fiducialitèr ædificare cœpimus, feliciter conſummemus.

FINIS.

JUDI-

Digitized by Google

Confirmati ſunt omnes in prima, ſecunda, & tertia Synodo enumerati: ex quibus quia ſex extremum vitę diem obierunt, & novem è Diœceſi abſunt, ſubrogati ſunt ſequentes:

Ex Clero Seculari

Perilluſtris, & adm. Rev. D. Andræas Muſcarelli Theſaurarius S. Metropol. Eccleſiæ.
Ill. & adm. Rev. D. Benedictus Mariella Canonicus S. Metr. Eccl.
Ven. Presb. Franciſcus de Laurentiis ab Oppido Montisſarculi.

Ex Clero Regulari.

Reverendiſs. P. D. Syveſter Brencola Canonicus Regul. Lateran. Abbas S. Modeſti.

Admodum Rev. Patres.

P. D. Placidus Magliuli Ordinis S. Benedicti Cong. Cœleſtinorum.
P. Fr. Joannes-Michael de Cavaleriis S. Th. Magiſter Ord. Prædic.
P. Antonius de Angelis Soc. Jesu Theologus.





AP-

Digitized by Google

APPENDICE

AL QUINTO SINODO DIOCESANO

Della Santa Metropolitana Chieſa di Benevento
Dell'Anno MDCXC.

I.

METHODUS TOTIUS ACTIONIS SYNODALIS, QUÆ SINGULIS ANNIS UNICA TANTUM DIE, VIDELICET 24. AUGUSTI, VIGILIA S. BARTHOLOMÆI APOSTOLI PRINCIPALIS PATRONI, CELEBRATUR IN SANCTA METROPOLITANA ECCLESIA BENEVENTANA.

Recollecta ex Praxi Synodali Gavanti..

De mane, præſente Eminentiſſimo Archiepiſcopo.

1. Clerus totus in Archiepiſcopio.
2. Archiepiſcopus cum cappa deſcendit in Eccleſiam.
3. Poſt aſperſionem, & ſolitam orationem, omnes Canonici Eccleſiæ Metropolitanæ, & Miniſtri inferiores in Secretario, & ſedent.
4. Cæteri petũt locum hinc indè in Presbyterio Altaris majoris.
5. Canonici parantur in loco propinquiori Secretario.
6. Redeunt Canonici, & cantatur *Nona*, ut aliàs.
7. Archiepiſcopus paratur pro dicta hora, & Miſſa.
8. Miſſa de Spirituſancto, incẽſatur Clerus.
9. Communio Cleri: in cujus fine.
10. Parantur Promotores.
11. Nõ datur *Benedictio*, nec publicantur *indulgentiæ*.
12. Archiepiſcopus ad ſedẽ deponit planetam, &c. & ſumit Pluviale.
13. Deponit Sandalia.
14. *Hic facienda eſſet proceſſio, ad divinã opem Synodo implorandam, quæ ut brevis temporis neceſſitati conſulatur, translata eſt poſt Veſperas*, ut infra à prandio num. 9. *cum omninò regreſſus à Baſilica S. Bartholomæi, & acceſſus ad Metropolitanam fiat, oporteat.*

15. Ac-

Digitized by Google

15. Accedit cũ Canonicis, Promotoribus, & aliis ad congreſſum Synodalem, & ſedet in faldiſtorio *in plano Eccleſiæ.*

16. Diaconus à dextris dicit: *Orate*, & omnes, etiam Archiepiſcopus *cum mitra*, orant.

17. Antiphona *Exaudi* genibus flexis, *ſinè mitra.*

18. Pſalmus: *Salvum me fac.* Sedent. Orationes: *Adſumus*, &c. *Omnipotens*, &c.

19. Litaniæ à Cantoribus. *Benedictio Synodi.*

20. *Flectamus genua*, & oratio: *da quæſumus*, &c.

21. Archiepiſcopus ſedet *in plano Altaris.*

22. Presbyter aſſiſtens cum thuriferario.

23. Evangelium in Ambone, cũ oſculo, & thure.

24. *Veni Creator Spiritus.*

25. *Extra omnes* per Oſtiarios.

26. *Venerabiles Cõſacerdotes*, &c.

27. Sermo Archiepiſcopi.

28. Secretarius cum decretis, & Cæremoniarius ad Archiepiſcopum.

29. Idem ad ſuggeſtum.

30. Decretum primum *de Synodo incepta.*

2. *De modo vivendi in Synodo.*

3. *De Miniſtris Synodalibus.*

4. *De præjudicio non afferendo.*

5. *De non diſcedendo.*

6. *De oratione publica.*

31. Secretarius, & Promotores ad Archiepiſcopum.

32. Promotores primò inſtant *pro fidei profeſſione.*

33. Archiepiſcopus. *decernimus, & mandamus ita fieri.*

34. Secretarius ad ſuggeſtũ, Promotores ad propria loca.

35. Decretum *de profeſſione fidei.*

36. *Profeſſio fidei*, omnibus profitentibus genuflexis.

37. *Archiepiſcopus prima vice fidem profitetur, & tangit Evangelia. Interim omnes, ob reverentiam ejuſdem, ſtabunt.*

38. Vocantur omnes profeſſuri.

39. Brevis *profeſſio* ſuper libro Evangeliorum.

40. Schedula cum nominibus Profeſſorum Cancellario.

41. Secretarius, facto verbo cum Archiepiſcopo, indicit *continuationem ſeſſionis*, & petit locum ſuum.

42. Promotores ad Archiepiſcopum, & inſtant ſecundò *contra Abſentes.*

43. Archiepiſcopus *ità decernimus, & declaramus.*

44. Promotores item, & Notarius ad Archiepiſcopum.

45. Promotores inſtant tertio *pro Rogitu actorum.*

46. Notarius dicit *Conficiam*, & publicat inſtrumentum.

47. Secretarius ad ſuggeſtum.

48. Decretum *de diſceſſu.*

49. Archiepiſcopus deponit paramenta in ſede pontificiali.

50. Manu *benedicit* Clerum.

51. Recedit cum ſolo Clero Metropolitano ad Archiepiſcopium.

52. Cæ

Digitized by Google

32. Cæteri modeſte recedunt ad propria.

De Mane, abſente Eminentiſs. Archiepiſcopo.

1. Clerus totus in Metropolitana; interim ibidem dicuntur horæ diurnæ.
2. Præſes Synodi eodem loci accedit.
3. Miſſa de Spiritu Sancto per unam ex Dignitatibus Capituli: incenſatur Clerus.
4. Communio Cleri.
5. Abſoluta Miſſa Celebrans cum miniſtris ad Sacriſtiam.
6. *Hic facienda eſſet proceſſio, ad divinam opem Synodo implorãdam, quæ ut brevis temporis neceſſitati conſulatur, translata eſt poſt Veſperas, ut infra à prãdio n.9. cum omnino regreſſus à Baſilica S. Bartholomæi, & acceſſus ad Metropolitanam fiat oporteat.*
7. Præſes cum Canonicis Promotoribus, & aliis ad congreſſum Synodalẽ, & ſedet *in plano Eccleſiæ.*
8. Cæremoniarius cum Secretario ad Præſidem Synodi.
9. Exhibentur, & leguntur *litteræ patentes.*
10. *Orate*, & omnes genuflexi orant.
11. Antiphona *Exaudi* flexis genibus per Præſidem.
12. Pſalmus *Salvum me fac*, ſedentibus omnibus.
13. Orationes *Adſumus*, &c. *Omnipotens*, &c.
14. Litaniæ à Cãtoribus, in quibus non benedicitur Synodus.
15. *Flectamus genua*, & Oratio *Da quæſumus, &c.*
16. Præſes Synodi ſedet in loco eminentiori parato.
17. Miniſtri parati pro Diacono, & Subdiacono è Sacriſtia ad duo ſcabella alias pro miſſa Pontificali inſervientia.
18. Diaconus cum libro ad Altare, inde ad Præſidem cum Thuriferario, &c.
19. Evãgelium in Ambone cum oſculo tantum in fine.
20. *Veni Creator Spiritus.*
21. *Extra omnes* per Oſtiarios.
22. Concio Synodalis diſciplinæ ad Clerum.
23. Secretarius cum Decretis, & Cæremoniarius ad Præſidem.
24. Idem ad ſuggeſtum.
25. Decretum primum *de Synodo incepta.*
2. *De modo vivendi in Synodo.*
3. *De Miniſtris Synodalibus.*
4. *De præjudicio non afferendo.*
5. *De non diſcedendo.*
6. *De oratione publica.*
26. Secretarius, & Promotores ad Præſidem.
27. Promotores primo inſtãt *pro fidei profeſſione.*
28. Præſes: *decernimus, & mandamus ita fieri.*
29. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.
30. Decretum *de profeſſione fidei.*

Digitized by Google

31. *Profeſſio fidei*,omnibus profitentibus genuflexis.
32. Vocantur omnes profeſſuri.
33. Brevis *profeſſio* ſuper libro Evangeliorum.
34. Schedula cum nominibus profeſſorum Cancellario.
35. Secretarius,facto verbo cum Præside,indicit *continuationem ſeſſionis*,& petit locum ſuum.
36. Promotores ad Præſidem, & inſtant 2. *contra abſentes.*
37. Præſes: *ita decernimus, & declaramus.*
38. Promotores item, & Notarius ad Præſidem.
39. Promotores inſtant 3.*pro rogitu actorum.*
40. Notarius dicit *Conficiam*, & publicat Inſtrumentum.
41. Secretarius ad Suggeſtum.
42. Decretum ,*de Diſceſſu.*
43. Aperitio Eccleſiæ.
44. Orant genuflexi tantiſper.
45. Præſes ad ſuas ædes.
46. Omnes deClero modeſtè recedunt.

A prandio preſente Eminentiſs. Archiepiſcopo.

1. Clerus in Baſilica S.Bartholomæi.
2 Octo Manſionarii in Metropolitana *pro Veſperis, & Completorio.*
3. Canonici in Archiepiſcopio.
4. Archiepiſcopus cum cappa deſcendit in Baſilicam,& orat.
5. Canonici parantur.Inde
6. Archiepiſcopus paratur in ſede pontificali.
7. Veſperæ cantantur per eundem, *cantu Gregoriano*, alternatim a Clero Urbano ex una parte,a Foraneo ex altera.
8. *Dum cantatur* Magnificat *Canonici Collegiatarum Urbis ſumunt Sacras Veſtes,& Priores Collegiatarum Diœceſis.Archipresbyteri, Promotores, & Vicarii foranei, pluvialia: quæ omnia, Promotoribus demptis, deponunt poſt proceſſionem*, ut infra numero 14.
9. Abſolutis Veſperis dirigitur *Proceſſio* ad Metropolitanam.
10. Crux Archiepiſcopalis,cum candelabris,non crux Capituli. Hæc in capite proceſſionis: illa ante omnes paratos.
11. Dum fit *Proceſſio*:in Baſilica remaneant ſex, vel octo Presbyteri,*pro Completorio.*
12. *Hæc proceſſio ſuffecta eſt loco Matutinæ proceſſionis*,ut ſupra de mane num. 14.
13. In Metropolitana cantatur Antiph. *S.Maria*:& Archiepiſcopus dicit collectam *de B. Virgine* titulari.
14. *Deinde parati,non Capitulares Eccleſię Metropolitanę,Promotoribus exceptis, ad Sacriſtiam pro dimiſſione veſtium.*
15. Interim Archiepiſcopus *in plano Eccleſiæ* ſedet,ſedentibus omnibus.
16. Aliis è Sacriſtia in ſua loca redeuntibus, Diaconus à dex-

tris

tris Pontificis dicit *Orate*, & omnes genuflectunt, ut ſupra de mane num. 16.

17. Archipiſcopus ſtans *ſine mitra* dicit: *Adſumus*, &c.

18. Poſt orationem Archiepiſcopus ſedet *in plano altaris*, & omnes ſedent.

19. *Extra omnes*, per Oſtarios.

20. Promotores, & Secretarius ad Archiepiſcopum.

21. Promotores inſtant 4. *pro vocatione Cleri, Cathedratico ſolvendo, & ſcrutinio peragendo.*

22. Archiepiſcopus: *ita decernimus, & declaramus*:

23. Secretarius ad ſuggeſtum. Promotores ad propria loca.

24. Decretum primum *de Clero vocando, & de cathedratico ſolvendo.*

2. *De Scrutinio.*

25. Vocatio: ſolutio Cathedratici Scrutinium, Campanula pro fine.

26. Secretarius ad proprium locùm.

27. Promotores ad Archiepiſcopum, & iſtant 5. *contra Abſentes.*

28. Archiepiſcopus: *ita decernimus, & declaramus.*

29. Promotores item, & Secretarius ad Archiepiſcopum.

30. Iſtant 6. *pro electione Judicum, & examinatorum.*

31. Archiepiſcopus: *ita decernimus, & declaramus.*

32. Secretarius ad ſuggeſtum. Promotores ad propria loca.

33. Legit decreta *de Judicibus Synodalibus.*

Primo Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 10. *quoniam ob malitioſam*, &c.

Secundo, conſtitutionem Bonifacii VIII. *Statutum*, &c.

Tertio Conſtit. Gregorii XV. *In Futurum*, &c.

Omnia brevi formula.

34. Nominantur *Judices.*

35. Decretũ *de examinatoribus*,

36. Nominantur *Examinatores.*

37. Proponüntur, ut approbentur a Clero, per verbum *placet.*

38. Decretum *de Punctatoribus.*

39. Sacræ reliquiæ, per Archidiaconum *pro jure jurando.*

40. Decretum *de Jure Jurando.*

41. *Jurant* Examinatores, & Punctatores.

42. Aſportatio Reliquiarum per Archidiaconum.

43. Decretum *de jure jurando, præſtando ab abſentibus.*

44. Promoteres, & Secretarius ad Archipiſcopum.

45. Promotores inſtant 7. *pro lectione decretorum.*

46. Archiepiſcopus: *ita decernimus, & declaramus.*

47. Secretarius ad ſuggeſtũ Promotores ad propria loca.

48. Decretum *de lectione decretorum. Bullas multas*, &c.

49. Decreta Synodalia, in quibus non omittatur *Bulla Cœnæ* in compendio.

50. *Pauſa brevis, ut Archiepiſcopus, ſi velit, loquatur ſuper di-*

ctis decretis.

51. *Decreta Synodalia non ſunt proponenda Synodo, per verba*: placet ne vobis; *ut approbentur, ſicuti in electione Judicum, & Examinatorum.* Congregatio Conc. Trid. 27. Aprilis 1592. *in Veneta.*

52. Promotores, & Secretarius ad Archiepiſcopum.

53. Promotores inſtant 8. *pro officialibus Cleri.*

54. Archiepiſcopus: *ita decernimus, & declaramus.*

55. Secretarius ad ſuggeſtum. Promotores ad propria loca.

56. Secretarius publicat *Officiales*.

57. Procurator Cleri petit *reductionem Miſſarum.*

58. Archiepiſcopi decretũ, quod publicat Secretarius.

59. *Si ſit aliquid petendum, præſententur Archiepiſcopo ſupplices libelli*; Cæremoniarius moneat.

60. Promotores, & Secretarius ad Archiepiſcopum.

61. Promotores inſtant 9. *pro concluſione Synodi.*

62. Archiepiſcopus: *ita decernimus, & declaramus.*

63. Secretarius ad ſuggeſtum. Promotores ad propria loca.

64. Decretum *de Concluſione.*

65. Promotores, & Secretarius ad Archiepiſcopum.

66. Promotores inſtant 10. *pro indictione futuræ Synodi.*

67. Archiepiſcopus: *ita decernimus, & declaramus.*

68. Secretarius ad ſuggeſtum. Promotores ad propria loca.

69. Decretum *indictionis*, & Secretarius petit ſuum locum.

70. Promotores cum Notario ad Archiepiſcopum.

71. Inſtat ultimò, *pro Rogitu Actorum.*

72. Notarius dicit *Conficiam*, & publicat Inſtrumentum.

73. AffigiturEdictum *contra cõtumaces.*

74. Sermo paſtoralis exceptus ab homilia S. Leonis P. P. IV. ex libro Pontificali.

75. Aperitio Eccleſiæ.

76. *Hic facienda eſſet ſecũda Proceſſio pro gratiarum actione, ſed quia non ſuppetit tempus, loco Proceſſionis cantabitur facie verſa ad altare.*

77. Hymnus *Te Deum*, cum orat. *Nulla eſt Domine* ex lib. Pontif.

78. Diaconus dicit *Orat.* geneflectunt omnes, & *oratio mentalis.* Archiepiſcopus genuflectit *cum Mitra.*

79. *Acclamationes* in Ambone, omnibus ſtantibus, Archiepiſcopus *cum Mitra* facie ad Synodum.

80. *In hac prima Synodo, finitis acclamationibus, erat Synodus recipienda ad oſculum pacis; ſed quia tempus non ſuppetiit, ad primam plenariam Synodũ hæc cæremonia remiſſa eſt.*

81. Secretarius ad ſuggeſtũ, facto

Digitized by Google

ćto Verbo cum Archiepiſcopo.

82. Decretum de dimiſſione ſynodi.

83. *Hymnus* Te Deum *hic caneretur ex Archiepiſcopali Bononię, ſi non præceſſiſſet oratio mentalis*, ut ſupra nu. 78.

84. *Benedictio, & Indulgentiæ.*

85. Diaconus: *recedamus in pace.*

86. Archiepiſcopus in ſede pontificali deponit Paramenta.

87. Omnes comitantur Archiepiſcopum ad ſuas Ædes, & recedunt modeſtè.

A prandio, abſente Eminentiſſimo Archiepiſcopo.

1. Clerus totus in Baſilica S. Bartholomæi.

2. Octo Manſionarii in Metropolitana pro Veſperis, & Cōpletorio.

3. Præſes Synodi in eadem Baſilica.

4. Veſperæ cantantur per Archidiaconum *cantu Gregoriano* alternatim à Clero Urbano ex una parte, à Foraneo ex altera.

5. Abſolutis Veſperis idem cum ſuis miniſtris pluvialibus indutis ante Altare.

6. Intonat ibi: *Veni Creator Spiritus*, &c. omnibus genufleĉtentibus, & dirigitur proceſſio ad Metropolitanam.

7. Crux Capituli in capite Proceſſionis per alium Subdiaconum paratum Tunicella cum cādelabris, & Thuribulo.

8. Dum fit proceſſio in Baſilica remanent ſex, vel octo Presbyteri pro Completorio.

9. Hæc proceſſio ſuffecta eſt loco matutinæ proceſſionis, ut ſupra de mane nu. 6.

10. In Metropolitana cantatur Ant. *Sancta Maria*, & Archidiaconus dicit Collectam de B. Virgine titulari, inde diſcedit pro depoſitione paramentorum.

11. Præſes Synodi in plano Eccleſiæ ſedet ſedentibus omnibus.

12. *Orate* per Cœremoniarium, & omnes genuflectunt, ut ſupra de mane nu. 10.

13. Præſes ſtans dicit *Adſumus*, &c.

14. Poſt orationem præſes ſedet in loco eminentiori parato, & omnes ſedent.

15. *Extra omnes* per Oſtiarios.

16. Promotores, & Secretarius ad Præſidem.

17. Promotores inſtāt 4. *pro Vocatione Cleri, Cathedratico ſolvendo, & ſcrutinio peragendo.*

18. Præſes: *ita decernimus, & declaramus.*

19. Secretarius ad ſuggeſtum; Promotores ad propria loca.

20. Decretum primum *de Clero vocando, & Cathedratico ſolvendo.*

ij. *De Scrutinio.*

21. Vocatio, ſolutio Cathedratici, Scrutinium, Campanula pro fine.

22. Se-

Digitized by Google

22. Secretarius ad proprium locum.
23. Promotores ad Præſidem, & inſtant 5. *contra abſentes.*
24. Præſes: *ita decernimus, & declaramus.*
25. Promotores item, & Secretarius ad Præſidem.
26. Inſtant 6. *pro Electione Judicum, & Examinatorum.*
27. Præſes: *ita decernimus, & declaramus.*
28. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.
29. Legit decreta de Judicibus Synodalibus. Primo Concil. Trid.ſeſſ.25.c.10. *Quoniam ob malitioſam*,&c.
Secundo Conſtitutionem Bonifacii VIII. *Statutum*,&c.
Tertio Conſtit. Gregorio XV. *In futurum*, &c. omnia brevi formula.
30. Nominantur Judices.
31. Decretum de Examinatoribus.
32. Nominantur Examinatores.
33. Proponuntur, ut approbentur à Clero per verbum *Placet.*
34. Decretum de Punctatoribus.
35. Sacræ Reliquiæ per aliquem Manſionarium cotta, & ſtola indutum pro jurejurando.
36. Decretum de jurejurando.
37. Jurant Examinatores,& Pūctatores.
38. Aſportatio Reliquiarum.
39. Decretum de jurejurando præſtando ab abſentibus.
40. Promotores, & Secretarius ad Præſidem.
41. Promotores inſtant 7.pro lectione Decretorum.
42. Præſes: *ita decernimus, & declaramus.*
43. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.
44. Decretum de lectione Decretorum *Bullas multas*,&c.
45. DecretaSynodalia,in quibus non omittatur Bulla Cænæ in compendio.
46. *Pauſa brevis,ut Præſes,ſi velit, loquatur ſuper dictis Decretis.*
47. *Decreta Synodalia non ſunt proponenda Synodo per verba* placet ne vobis; *ut approbentur,ſicuti in electione Judicum, & examinatorum.* Congregatio Concil. Triden.27. Aprilis 1592. *in Veneta.*
48. Promotores, & Secretarius ad Præſidem.
49. Promotores inſtant 8.*pro Officialibus Cleri.*
50. Præſes: *ita decernimus, & declaramus.*
51. Secretarius ad ſuggeſtum; Promotores ad propria loca.
52. Secretarius publicat *Officiales.*
53. ProcuratorCleri petit *reductionem Miſſarum.*
54. Preſidis decrétum,quod publicat Secretarius.
55. *Si ſit aliquid petendum præſententur Præſidi ſupplices libelli,* Cæremoniarius moneat.
56. Promotores, & Secretarius ad

Digitized by Google

ad Præſidem.

57. Promotores inſtant 9. *pro cõcluſione Synodi.*

58. Præſes: *ita decernimus, & declaramus.*

59. Secretarius ad ſuggeſtum. Promoteres ad propria loca.

60. Decretum *de Concluſione.*

61. Promotores, & Secretarius ad Prę ſidem.

62. Promotores inſtant 10. *pro indictione futuræ ſynodi.*

63. Præſes: *ita decernimus, & declaramus.*

64. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

65. Decretum *Indictionis*, & Secretarius petit ſuum locum.

66. Promotores cum Notario ad Pręſidem.

67. Inſtant ultimo *pro Rogitu actorum.*

68. Notarius dicit *Conficiam*, & publicat Inſtrumentum.

69. Affigitur Edictum *contra contumaces.*

70. Aperitio Eccleſiæ.

71. *Hic facienda eſſet ſecunda Proceſſio pro gratiarum actione; ſed quia non ſuppetit tempus, loco Proceſſionis cantabitur facie verſa ad Altare.*

72. Hymnus *Te Deum* cum orat. *Nulla eſt Domine* ex lib. Pontif.

73. Diaconus dicit *Orate*, genuflectunt omnes, & *Oratio mentalis.*

74. *Acclamationes* in Ambone, omnibus ſtantibus, & Præſes verſa facie ad Synodum.

75. Secretarius ad ſuggeſtum facto verbo cum Præſide.

76. Decretum *de dimiſſione Synodi.*

77. *Hymnus* Te Deum *hic caneretur ex Archiepiſcopali Bononiæ, ſi non præceſſiſſet oratio mentalis*, ut ſupra nu. 73.

78. Recedamus in pace per Cęremoniarium.

79. Præſes ad ſuas ædes.

80. Omnes modeſte recedunt.

F I N I S.

METHODUS

Digitized by Google

I I.

METHODUS SINGULARUM ACTIONUM, QUÆ QUOTANNIS PERAGUNTUR, IN SYNODO LITANIARUM A DIE 25. OCTOBRIS, IN FESTO TRANSLATIONIS SANCTI BARTHOLOMÆI EX LIPARA INSULA BENEVENTUM, USQUE AD 30. EJUSDEM MENSIS INCLUSIVE.

Quia ſingulis annis, ex immemorabili conſuetudine, habenda eſt in Metropolitana Eccleſia Synodus Litaniarum, in qua Cleri foranei, alternis diebus, Apoſtoli S. Bartholomæi limina ſupplicantes viſitant, & Cathedraticum ſolvunt: quæ Synodus aperitur, die 25. Octobris in Feſto ejuſdem S. Bartholomæi ex Lipara Inſula Beneventum translati, & continuatur quinque ſequentibus diebus, in quibus Conſtitutiones Synodales diei 24. menſis Auguſti præcedentis releguntur; & tantum, ſi quid novi emerſerit, ſancitur, vel ſancitum declaratur; ut omnia ea, qua par eſt, norma perſolvantur, ſequens methodus adamuſſim ſervanda mandatur.

Primo die à prandio, præſente Eminentiſs. Archiepiſcopo.

§. I.

1. Clerus totus in Archiepiſcopio; interim aliqui remanent pro Veſperis, & Completorio in Metropolitana.
2. Archiepiſcopus cum cappa deſcendit in Metropolitanam.
3. Poſt aſperſionem, & ſolitam orationem, Archiepiſcopus in ſede; cæteri omnes in Choro, & ſedent.
4. Archiepiſcopus paratur, pro proceſſione, & Veſperis, in Baſilica perſolvendis.
5. Canonici interim in propriis ſtallis, & in Sacriſtia Promotores, Parochi, cæterique inferiores Miniſtri, qui parandi erunt, ſacris ſe induũt veſtibus.
6. Omnibus paratis, & in ſua loca reverſis, ac ſtantibus, Archiepiſcopus intonat, ſtans *ſinè mitra*, Hymnum: *Exultet orbis gaudiis*, & dirigitur *proceſſio* ad Baſilicam Sancti Bartholomæi.
7. Crux Archiepiſcopalis cum candelabris, non Crux Capituli: hæc in capite proceſſionis; illa ante omnes paratos.
8. *Omnibus in Baſilicam ingreſſis, parati, non Capitulares Eccleſiæ Metropolitanæ, Promotoribus exceptis, ad Sacriſtiam accedũt pro dimiſſione veſtium.*
9. *Non terminatur hæc proceſſio cum oratione, eo quia immediatè ſequuntur Veſperæ, in quibus dicitur oratio ſtationi*

con-

conveniens.

10. Interim in propria ſede Archiepiſcopus ſedet, ſedentibus omnibus.

11. Aliis è Sacriſtia in ſua loca redeuntibus, dicuntur Veſperæ per Pontificem, ut alias.

12. Non datur in fine Veſperarum *benedictio.*

13. Archiepiſcopus cum Canonicis, Promotoribus, & aliis, accedit ad congreſſum Synodalem, & genuflectit in faldiſtorio antè Altare.

14. *Depoſita mitra,* adhuc genuflexus intonat Hymum: *Ven. Creator Spiritus*, quem proſequitur Chorus: omnibus, poſt primum verſum uſque ad finem, ſtantibus.

15 Oratio *Adſumus.*

16. Archiepiſcopus ſedet *cum mitra* in plano Altaris.

17. *Extra omnes* per Oſtarios.

18. Sermo Archiepiſcopi.

19. Cæremoniarius cum Promotoribus, & Secretario ad Archiepiſcopum.

20. Promotores primò inſtant *pro reaperitione Synodi, vocatione Cleri, Cathedratico ſoluendo, & ſcrutinio peragendo.*

Hæc inſtantia reaperitionis Synodi omittitur in ſubſequentibus.

21. Archiepiſcopus. *Ita decernimus, & mandamus.*

22. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

23. Decretum primum *de reaperitione Synodi.*

Hoc Decretũ reaperitionis omittitur in ſubſequentibus diebus.

ij. *De Clero vocando, & Cathedratico ſoluendo.*

iij. *De ſcrutinio.*

24. Vocatio, ſolutio Cathedratici, ſcrutinium; Campanula pro fine.

25. Secretarius ad proprium locum.

26. Promotores ad Archiepiſcopum, & ſecundò inſtant *contra abſentes.*

27. Archiepiſcopus. *Ità decernimus, & mandamus.*

28. Promotores item, & Secretarius ad Archiepiſcopum.

29. Inſtant tertiò *pro relectione Synodi, & ſi ſit aliquid addendum.*

30. Archiepiſcopus. *Ità decernimus, & mandamus.*

31. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

32. Relectio Synodi.

33. *Pauſa brevis, ut Archiepiſcopus, ſi velit, loquatur ſuper dictis decretis.*

34. *Si ſit aliquid petendum, præſententur Archiepiſcopo ſupplices libelli,* Cæremoniarius moneat.

35. Promotores, & Secretarius ad Archiepiſcopum.

36. Promotores quartò inſtant *pro cõtinuatione Synodi in craſtinum.* Et ultima die *pro concluſione.*

37. Archiepiſcopus. *Ità decernimus;*

Digitized by Google

mus, & mandamus.

38. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

39. Decretum *de continuatione*, vel *de concluſione*.

40. Promotores cum Notario ad Archiepiſcopum.

41. Inſtant ultimo *pro rogitu Actorum*.

42. Notarius dicit: *Conficiam*, & publicat inſtrumentum.

43. Affigitur edictum *contra cōtumaces*.

44. Aperitio Eccleſiæ.

45. Diaconus dicit: *Orate*. Genuflectunt omnes, & *oratio mentalis*. Archiepiſcopus genuflectit *cum mitra*.

46. *Benedictio*.

47. Archiepiſcopus in ſede Pontificali deponit paramenta, & Canonici in ſuis ſtallis.

48. Canonici, ut aliàs, comitantur Archiepiſcopum ad ſuas ædes, & cæteri in Sacriſtia pro dimiſſione ſuperpelliceorum, & recedunt modeſtè. Interim in Baſilica dicitur *Completorū*.

A prandio, abſente Eminentiſſimo Archiepiſcopo.

§. II.

1. Clerus totus in Metropolitana; interim dicuntur ibidem Veſperæ, & Completorium.

2. Præſes Synodi eodem loci accedit.

3. Canonicus Hebdomadarius cum ſex Miniſtris pluvialibus indutis ad Altare.

4. Intonat ibi Hymnum: *Exultet orbis gaudiis*, & dirigitur *proceſſio* ad Baſilicam Sancti Bartholomæi.

5. Crux Capituli in capite proceſſionis per alium Subdiaconum tunicella paratum cum candelabris.

6. Omnibus in Baſilicam ingreſſis, quiſque ſuum petit locum in Choro, & ſedet.

7. Dicuntur *Veſperæ*, ut alias.

8. Præſes accedit cum Canonicis, Promotoribus, & aliis ad congreſſum Synodalem, & ſedet.

9. Cæremoniarius cum Secretario ad Præſidem Synodi.

10. Exhibentur, & leguntur *litteræ patentes*.

11. Præſes cum cæteris genuflectit, & intonat Hymnum: *Veni Creator Spiritus*.

12. Proſequitur Chorus; omnibus poſt primum verſum, uſq; ad finem ſtantibus.

13. Oratio: *Adſumus* & ſedet.

14. *Extrà omnes*, per Oſtiarios.

15. Cæremoniarius cum Promotoribus, & Secretario ad Præſidem.

16. Promotores primò inſtant *pro reaperitione Synodi, vocatione Cleri, Cathedratico ſolvēdo, & ſcrutinio peragendo.*

Hæc inſtantia reaperitionis Synodi omittitur in ſubſequentibus diebus.

17. Præ-

Digitized by Google

17. Præſes. *Ita decernimus, & mandamus.*

18. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

19. Decretum primum *de reaperitione Synodi.*

Hoc Decretũ reaperitionis omittitur in ſubſequentibus diebus.

ij. *De Clero vocando, & Cathedratico ſolvendo.*

iij. *De ſcrutinio.*

20. Vocatio, ſolutio Cathedratici, Scrutinium, Campanula pro fine.

21. Secretarius ad proprium locum.

22. Promotores ad Præſidem, & ſecundo inſtãt *contra abſentes.*

23. Præſes: *Ita decernimus, & mandamus,*

24. Promotores item, & Secretarius ad Præſidem.

25. Inſtant tertiò *pro relectione Synodi, & ſi ſit aliquid addendum.*

26. Præſes: *Ita decernimus, & mandamus.*

27. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

28. Relectio Synodi.

29. *Pauſa brevis, ut Præſes, ſi velit, loquatur ſuper dictis decretis.*

30. *Si ſit aliquid petendum, præſententur Preſidi ſupplices libelli.* Cæremoniarius moneat.

31. Promotores, & Secretarius ad Præſidem.

32. Promotores quartò inſtant *pro cõtinuatione Synodi in craſtinum.* Et ultima die *pro concluſione.*

33. Præſes. *Ita decernimus, & mandamus.*

34. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

35. Decretum *de continuatione,* vel *de concluſione.*

36. Promotores cum Notario ad Præſidem.

37. Inſtant ultimò *pro rogitu actorum.*

38. Notarius dicit: *Conficiam, &* publicat inſtrumentum.

49. Affigitur edictum *contra cõtumaces.*

40. Aperitio Eccleſiæ.

41. Orant genuflexi tantiſper.

42. Præſes ad ſuas ædes.

43. Omnes de Clero modeſtè recedunt.

Diebus 2.3.4.& 5. de mane, præſente Eminentiſſimo Archiepiſcopo.

§. III.

1. Clerus in Archiepiſcopio; interim in Baſilica S. Bartholomæi dicuntur horæ diurnæ.

2. Archiepiſcopus *cũ cappa* deſcendit in Metropolitanam.

3. Poſt aſperſionem, & ſolitam orationem Archiepiſcopus in ſede; cæteri omnes in Choro, & ſedent.

4. Archiepiſcopus paratur, pro proceſſione, & Miſſa, ut infra nu. 11. in Baſilica perſolvendis.

Digitized by Google

5. Canonici interim in propriis ſtallis,& in Sacriſtia Promotores,Parochi,cæterique inferiores miniſtri, qui parandi erunt ſacris ſe induunt veſtibus.

6. Omnibus paratis, & in ſua loca reverſis, ac ſtantibus, Archiepiſcopus intonat, ſtans *ſine mitra*.Hymnum: *Exultet orbis gaudiis*,& dirigitur *Proceſſio* ad Baſilicam Sancti Bertholomęi.

7. Crux Archiepiſcopalis cum candelabris, non Crux Capituli; hæc in capite proceſſionis;illa ante omnes paratos.

8. *Omnibus inBaſilicam ingreſſis, parati non capitulares Eccleſiæ Metropolitanæ,ad Sacriſtiam accedunt pro dimiſſione veſtium.*

9. *Non terminatur hæc proceſſio cũ oratione,eo quia immediatè ſequitur Miſſa, in qua dicitur oratio ſtationi conveniens.*

10. Interim in propria ſede Archiepiſcopus ſedet,& Canonici in Choro paramenta deponunt.

11. *Miſſa* per Canonicum Hebdomadarium coram Archiepiſcopo pluviali induto.

12. Communio Cleri.

13. Non datur in Miſſa *benedictio*, nec *indulgentiæ* promulgantur.

14. Finita *Miſſa*, Canonici reaſſumunt paramenta; item Promotores,ſed in Sacriſtia; deindè Archiepiſcopus accedit ad congreſſum Synodalem cum Canonicis, Promotoribus, & aliis,& genuflexus ante Altare intonat *ſinè mitra*: *Veni Creator Spiritus*,quem proſequitur Chorus;omnibus poſt primum verſum uſque ad finem ſtantibus.

15. Oratio:*Adſumus*.

16. Archiepiſcopus ſedet in plano Altaris; & omnes pariter ſedent.

17. *Extra omnes* per Oſtiarios.

18. Sermo Archiepiſcopi.

19. Cęremoniarius cum Promotoribus, & Secretario ad Archiepiſcopum.

20. Promotores primò inſtant *pro fidei profeſſione*.

21. Archiepiſcopus:*Decernimus & mandamus ita fieri*.

22. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

23. Decretũ *de Profeſſione fidei*.

24. *Profeſſio fidei*,omnibus genuflexis.

25. Vocantur omnes profeſſuri.

26. Brevis profeſſio ſuper libro Evangeliorum.

27. Schedulæ cum nominibus profeſſorum Cancellario.

28. Promotores ad Archiepiſcopum.

29. Inſtant ſecundò *pro vocatione Cleri,Cathedratico ſolvendo, & ſcrutinio peragendo*.

30. Archiepiſcopus.*Ità decernimus,& mandamus*.

31. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad pro pria loca.

32. Decretum prim um *de Clero*

Digitized by Google

vocando, & Cathedratico ſolvendo.

2. *De ſcrutinio.*

33. Vocatio, ſolutio Cathedratici, Scrutinium; Campanula pro fine.

34. Secretarius ad proprium locum.

35. Promotores ad Archiepiſcopum, & tertiò inſtant *contra abſentes.*

36. Archiepiſcopus. *Ita decernimus, & mandamus.*

37. Promotores item, & Secretarius ad Arhiepiſcopum.

38. Inſtant 4. *pro relectione Synodi, & ſi ſit aliquid addendum.*

39. Archiepiſcopus. *Ita decernimus, & mandamus.*

40. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

41. Relectio Synodi.

42. *Pauſa brevis, ut Archiepiſcopus ſi velit, loquatur ſuper dictis Decretis.*

43. *Si ſit aliquid petendum, præſententur Archipiſcopo ſupplices libelli,* Cæremoniarius moneat.

44. Promotores, & Secretarius ad Archiepiſcopum.

45. Promotores quintò inſtant *pro cõtinuatione Synodi in craſtinum.*

46. Archiepiſcopus: *ita decernimus, & mandamus:*

47. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

48. Decretum *de continuatione.*

49. Promotores cum Notario ad Archiepiſcopum.

50. Inſtant ultimo *pro Rogitu actorum.*

51. Notarius dicit *Conficiam*, & publicat Inſtrumentum.

52. Affigitur edictum *contra cõtumaces.*

53. Sermo Paſtoralis *ex libro Pontificali.*

54. Aperitio Eccleſiæ.

55. *Benedictio, & Indulgentiæ.*

56. *Qualibet die dantur Indulgentiæ, quia diverſi Cleri ibidem alternis diebus, interſunt.*

57. Archiepiſcopus in ſede Pontificali deponit paramenta, & Canonicis in ſuis ſtallis, & Promotores in Sacriſtia, & ſolito comitatu recedit; cæteri in Sacriſtia pro dimiſſione ſuperpelliciorum, & recedunt moeſtè.

De mane abſente Eminentiſſimo Archiepiſcopo.

§. IV.

1. Clerus in Metropolitana; interim in Baſilica dicuntur horæ diurnæ.

2. PręſesSynodi eodem loci accedit.

3. Canonicus Hebdomadarius cum Diacono, & Subdiacono ante Altare.

4. Intonat ibi Hymnum: *Exultet orbis gaudiis*, & dirigitur *proceſſio* ad Baſilicam S. Bartholomæi.

5. Crux

Digitized by Google

5. Crux Capituli in capite proceſſionis per alium Subdiaconum paratum tunicella cum candelabris.
6. Omnibus in Baſilicã ingreſſis, quiſque ſuum petit locum in Choro,& ſedet.
7. *Miſſa* cum cõmunione Cleri.
8. Finita *Miſſa* Præſes accedit ad cõgreſſum Synodalem cum Promotoribus,& aliis;& genuflexus ante Altare intonat:*Veni Creator Spiritus*;quem proſequitur Chorus;omnibus poſt primum verſum uſque ad finẽ ſtantibus.
9. Oratio *Adſumus.*
10. Præſes ſedet; & omnes pariter ſedent.
11. *Extra omnes* per Oſtiarios.
12. Cæremoniarius cum Promotoribus, & Secretario ad Præſidem.
13. Promotores primò inſtant *pro fidei profeſſione.*
14. Pręſes:*Decernimus,& mandamus ita fieri.*
15. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.
16. Decretum*de profeſsione fidei.*
17. *Profeſsio fidei* omnibus genuflexis.
18. Vocantur omnes profeſſuri.
19. Brevis profeſſio ſuper libro Evangeliorum.
20. Schedulæ cum nominibus profeſſorum Cancellario.
21. Promotores ad Præſidem.
22. Inſtant 2. *pro vocatione Cleri Cathedratico ſolvendo,& ſcrutinio peragendo.*
23. Præſes: *ita decernimus, & mandamus.*
24. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.
25. Decretum primum *de Clero vocando, & Cathedratico ſolvendo.*
2. *De Scrutinio.*
26. Vocatio: ſolutio Cathedratici Scrutinium, Campanula pro fine.
27. Secretarius ad proprium locùm.
28. Promotores ad præſidem, & 3. iſtant *contra abſentes.*
29. Præſes: *Ita decernimus, & mandamus.*
30. Promoteres item, & Secretarius ad Præſidem.
31. Iſtant 4.*pro relectione Synodi; & ſi ſit aliquid addendum.*
32. Præſes: *Ita decernimus, & mandamus.*
33. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.
34 *Relectio Synodi.*
35. *Pauſa brevis,ut Præſes ſi velit, loquatur, ſuper dictis decretis.*
36. *Si ſit aliquid petendum, præſententur Præſidi ſupplices libelli,* Cæremoniarius moneat.
37. Promotores, & Secretarius ad Præſidem.
38. Promotores quintò inſtant *pro cõtinuatione Synodi in craſtinum.*
39. Præſes: *Ita decernimus, & mandamus.*

40. Se-

40. Secretarius ad ſuggeſtum ; Promotores ad propria loca.
41. Deeretum *de continuatione*.
42. Promotores cum Notario ad Præſidem.
43. Inſtant ultimò *pro rogitu actorum*.
44. Notarius dicit *Conficiam* ; & publicat inſtrumentum.
45. Affigitur edictum *contra cõtumaces*.
46. Aperitio Eccleſiæ.
47. Orant genuflexi tantiſper.
48. Præſes ad ſuas ædes.
49. Omnes modeſtè recedunt.

Ultimo die de mane preſente Eminentiſſimo Archiepiſcopo.

§. V.

1. Clerus in Archiepiſcopio; interim in Baſilica S. Bartholomæi dicuntur horæ diurnæ.
2. Archiepiſcopus *cum cappa* deſcendit in Metropolitanam.
3. Poſt aſperſionem, & ſolitam orationem Archiepiſcopus in ſede ; cæteri omnes in Choro, & ſedent.
4. Archiepiſcopus paratur pro *poceſſione*, & *miſſa* in Baſilica perſolvendis,
5. Canonici interim in propriis ſtallis, & in Sagriſtia Promotores Parochi,, cæterique inferiores miniſtri ; qui parandi erunt ſacris ſe induunt veſtibus.
6. Omnibus parati, & in ſua loca reverſis, ac ſtantibus, Archiepiſcopus intonat ſtans *ſine mitra* Hymnum: *Exultet orbis gaudiis*, & dirigitur *proceſſio* ad Baſilicam Sancti Bartolomæi.
7. Crux Archiepiſcopalis cum candelabris non Crus Capituli ; hæc in capite proceſſionis ; illa ante omnes paratos.
8. *Omnibus in Baſilicam ingreſſis, parati non capitulares Eccleſiæ Metropolitanæ ad Sacriſtiam accedunt pro dimiſſione veſtium.*
9. *Non terminatur hac Proceſſio cum oratione, eo quia immediatæ ſequitur Miſſa, in qua dicitur oratio ſtationi conveniens.*
10. Interim in propria ſede Archiepiſcopus ſedet,& Canonici in Choro paramenta deponunt.
11. *Miſſa* per Canonicum Hebdomadarium coram Archiepiſcopo pluviali induto.
12. *Communio Cleri.*
13. Non datur in Miſſa *benedictio*,nec *Indulgentiæ* promulgantur.
14. Finita *Miſſa*, Canonici reaſſumunt paramenta; item Promotores ſed in Sacriſtia; deindè Archiepiſcopus accedit ad congreſſum Synodalem cum Canonicis, Promotoribus, & aliis;& genuflexus ante Altare intonat *ſine mitra*: *Veni Creator Spiritus*,quem proſequitur Chorus ; Omnibus poſt primum verſum uſque ad finem ſtau-

ſtantibus.

15. Oratio *Adſumus.*

16. Archiepiſcopus ſedet in plano Altaris, & omnes pariter ſedent.

17. *Extra omnes* per Oſtiarios.

18. Sermo Archiepiſcopi.

19. Cæremoniarius cum Promotoribus, & Secretario, ad Archiepiſcopum.

20. Promotores primò iſtant *pro fidei profeſſione.*

21. Archiepiſcopus: *decernimus, & mandamus ita fieri.*

22. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.

23. Decretũ de *Profeſſione fidei*.

24. *Profeſſio fidei*, omnibus genu. flexis.

25. Vocantur omnes profeſſuri.

26. Brevis profeſſio ſuper libro Evangeliorum.

27. Schedulæ cum nominibus profeſſorum Cancellario.

28. Promotores ad Archiepiſcopum.

29. Inſtant ſecundò *pro vocatione Cleri, cathedratico ſolvendo, & ſcrutinio peragendo.*

30. Archiepiſcopus. *Ita decernimus, & mandamus.*

31. Secretarius ad ſuggeſtum; Promotores ad propria loca.

32. Decretum primum *de Clero vocando, & Cathedratico ſolvendo.*

2 *De ſcrutinio.*

33. Vocatio, ſolutio Cathedratici, Scrutinium; Campanula pro fine.

34. Secretarius ad proprium locum.

35. Promotores ad Archiepiſcopum, & tertiò inſtant *contra abſentes.*

36. Archiepiſcopus *Ita decernimus, & mandamus.*

37. Promotores item, & Secretarius ad Archiepiſcopum.

38. Inſtãt 4. *pro relectione Synodi, & ſi ſit aliquid addendum.*

39. Archiepiſcopus. *Ita decernimus, & mandamus.*

40. Secretarius ad ſuggeſtum. Promotores ad propria loca.

41 *Relectio Synodi.*

42. *Pauſa brevis, ut Archiepiſcopus ſi velit, loquatur ſuper dictis decretis.*

43. *Si ſit aliquid petendum, præſententur Archiepiſcopo ſupplices libelli,* Cęremoniarius moneat.

44. Promotores, & Secretarius ad Archiepiſcopum.

45. Promotores quintò iſtant *pro concluſione Synodi.*

46. Archiepiſcopus: *ita decernimus, & mandamus.*

47. Secretarius ad ſuggeſtum. Promotores ad propria loca.

48. Decretum *de concluſione.*

49. Promotores cum Notario ad Archiepiscopum.

50. Inſtãt ultimò *pro rogitu actorum.*

51. Notarius dicit: *Conficiam,* & publicat inſtrumentum.

52. Affigitur edictum *contra cõtumaces.*

53. Ser-

53. Sermo paſtoralis *ex libro pontificali.*

54. Aperitio Eccleſiæ.

55. Hymnus *TeDeum* cum orat. *Nulla eſt Domine* ex lib. Põtif.

56. *Acclamationes* in Ambone, omnibus ſtantibus; Archiepiſcopus *cum mitra* facie ad Synodum, deinde ſedent.

57. Secretarius ad ſuggeſtum, facto verbo cũ Archiepiſcopo.

58. Decretũ *de dimiſſione Synodi.*

59. *Benedictio, & indulgentia.*

60. Diaconus *Recedamus in pace.*

61. Archiepiſcopus in Sede Pontificali deponit paramenta, & Canonici in ſuis ſtallis, & Promotores in Sacriſtia.

62. Omnes comitantur Archiepiſcopum ad ſuas ædes, & recedunt modeſtè.

De mane abſente Eminentiſſimo Archiepiſcopo.

§. VI.

1. Clerus in Metropolitana; interim in Baſilica dicantur horæ diurnæ.

2. Prçſes Synodi eodem loci accedit.

3. Canonicus Hebdomadarius cum Diacono, & Subdiacono ante Altare.

4. Intonat ibi hymnũ. *Exultet orbis gaudiis*, & dirigitur *Proceſſio* ad Baſilicam S. Bartholomæi.

5. Crux Capituli in capite proceſſionis per alium Subdiaconum tunicella paratum cum candelabris.

6. Omnibus in Baſilicam ingreſſis, quiſque ſuum petit locum in Choro, & ſedet.

7. *Miſſa* cum cõmunione Cleri.

8. Finita *Miſſa* Præſes accedit ad congreſſum Synodalem cum Promotoribus, & aliis; & genuflexus ante Altare intonat: *Veni Creator Spiritus*, quem proſequitur Chorus; omnibus poſt primum verſum uſque ad finem ſtantibus.

9. Oratio *Adſumus.*

10. Præſes ſedet, & omnes pariter ſedent.

11. *Extra omnes*, per Oſtiarios.

12. Cæremoniarius cum Promotoribus, & Secretario ad Præſidem.

13. Promotores primò inſtant *pro fidei profesſione*

14. Præſes: *Decernimus, & mandamus ita fieri.*

15. Secretarius ad ſuggeſtum; Promotores ad propria loca.

16. Decretum *de Profesſione fidei.*

17. *Profeſsio fidei* omnibus genuflexis.

18. Vocantur omnes profeſſuri.

19. Brevis profeſsio ſuper libro Evangeliorum.

20. Schedulæ cum nominibus profeſſorum Cancellario.

21. Promotores ad Præſidem.

22. Inſtant 2. *pro vacatione Cleri. Cathedratico ſolvendo, & ſcrutinio peragendo.*

23. Pręſes: *Ita decernimus, & fieri mandamus.*
24. Secretarius ad ſuggeſtum; Promotores ad propria loca.
25. Decretum primum *de Clero vocando, & Cathedratico ſolvendo.*
2. *de ſcrutinio.*
26. Vocatio, ſolutio Cathedratici, ſcrutinium; campanula pro fine.
27. Secretarius ad proprium locum.
28. Promotores ad Præſidem, & 3. inſtant *contra abſentes.*
29. Præſes. *Ita decernimus, & mandamus.*
30. Promotores item, & Secretarius ad Præſidem.
31. Inſtant 4. *pro relectione Synodi, & ſi ſit aliquid addendum.*
32. Præſes. *Ita decernimus, & mandamus.*
33. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.
34. *Relectio Synodi.*
35. *Pauſa breuis, ut Præſes, ſi velit loquatur ſuper dictis decretis.*
36. *Si ſit aliquid petendum, præſententur Præſidi ſupplices libelli,* Cæremoniarius moneat.
37. Promotores, & Secretarius ad Præſidem.
38. Promotores quintò inſtant *pro concluſione Sinodi.*
39. Præſes. *Ita decernimus, & mandamus.*
40. Secretarius ad ſuggeſtum, Promotores ad propria loca.
41. Decretum *de concluſione.*
42. Promotores cum Notario ad Præſidem.
43. Inſtant ultimò *pro rogitu actorum.*
44. Notarius dicit *Conficiam,* & publicat inſtrumentum.
45. Affigitur edictum *contra contumaces.*
46. Aperitio Eccleſiæ.
47. Hymnus *Te Deum* cum orat. *Nulla eſt Domine* ex lib. Pontif.
48. *Acclamationes* in Ambone omnibus ſtantibus; Præſes facie verſa ad Synodum; deinde ſedent.
49. Secretarius ad ſuggeſtum, facto verbo cum præſide.
50. Decretum *de dimiſſione Synodi.*
51. Orant genuflexi tantiſper.
52. Diaconus *recedamus in pace.*
53. Præſes ad ſuas ædes.
54. Omnes de Clero modeſtè recedunt.

F I N I S.

III.

TABELLA DISCIPLINÆ PROCESSIONALIS.

1 QUi Crucem in proceſſione fert, ſi Clericus ſuperpelliceo, ſi Subdiaconus etiam tunicella indutus ſervet in omnibus decorem tanti vexilli, quod præfert; aptè,

tè, decorè, & rectè gerat: gravitèr, & religioſè incedat.

2. Acolythi hinc inde cum candelabris accenſis: & in anguſtiori loco præeant, Crucifer ſequatur.

3. Clerus ordine ſequatur cum reverentia, & religioſa devotione, ut exemplo ſuo excitetur populus ad orationem.

4. Salutationibus non vacent, colloquiis inter ſe abſtineant, oculorum vagationem vitent.

5. Bini æquè procedant, & ne minimum quidem ab ordine diſcedant.

6. Certum ſpatium ſemper ſervent inter ſe, circitèr ſeptem palmorum.

7. In via nunquam ſubſiſtant, niſi juſſi à Præfectis.

8. Ne interrumpatur Proceſſio, nevè laici interponantur, curent.

9. Chirothecas ne habeant.

10. Pileum ne geſtent, neq; flores in manu.

11. Hymnos, & pſalmos canant ad præſcriptum, & de libro ne errent.

12. Capite aperto ſint intra Eccleſiam.

13. Ad altaria, quæ ſunt in via, & cum ſacræ imagines occurrunt, caput aperiant.

14. Omniaættereà in orando, procedendo, conſiſtendo, aut aliquid in proceſſione de more agendo, ritè, & decorè faciant, ad præſcriptum Præfectorum, quorum eſt omni diligentia cavere, ne quid errati committatur.

Tabella Precum in Processione Synodali.

Hymni

Veni Creator Spiritus.
Ave Maris Stella.
Exultet Orbis gaudiis.
Æterna Chriſti munera.

Pſalmi

Exultate juſti in Domino. *Pſal.* 32. *in fer.* 2.
Deus miſereatur noſtri. *Pſal.* 66. *in laud. Dom.*
Exurgat Deus. *Pſal.* 67. *in fer.* 4.
Deus ſtetit in Synagoga Deorum. *Pſal.* 81. *in fer*, 6.
Quam dilecta tabernacula. *Pſal.* 83. *in fer.* 6.
Fundamenta ejus *Pſal.* 86. *ibidem.*
Ecce quàm bonum. *Pſal.* 132. *in veſp. fer.* 5.

FINIS

Digitized by Google

I

FORMOLE

De' Decreti, e delle Instanze Sinodali enunciati ne'sopradetti Metodi.

Si oſſervi che dove ſtà N.N. ſi de' mettere il Nome: dove T. il Titolo.

DECRETUM I.

De Synodo incepta.

In Nomine Sanctiſſimæ, ac Individuæ Trinitatis Patris, Filii, & Spiritusſancti. Amen.

N. N. *&c.* S. *Metropolitanæ Eccleſiæ Beneventanæ Archiepiſcopus.*

DIœceſana noſtram Synodus ...... indictam, hac ipſa die ..... ad Omnipotentis Dei, & Jesu Christi Filii ejus Domini noſtri, SS. Deiparæ, S. Michaelis Archangeli, B. Apoſtoli Bartholomæi, SS. Pontificum noſtrorum Januarii, & Barbati, SS. Dominici, & Philippi Nerii, cæterorumque noſtræ Civitatis Sanctorum Patronorum, aliorumque Sanctorum gloriam, honorem, & laudem, apertam eſſe, atque inceptam volumus, promulgamus, & decernimus.

DECRETUM II.

De modo vivendi in Synodo.

UT igitur omnia piè, rectè, & ex ordine fiant, atque utilitèr peragantur, vos univerſos, & ſingulos, Eccleſiaſtici ordinis viros Diœceſanam Synodum in hac noſtra Urbe celebrantes, monemus, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obteſtamur, ut cum ſemper exẽpla Religionis, probitatis, & innocentiæ à nobis prodire debeant, tùm maximè hoc tempore, quo ad tractandam Sacrorum diſciplinam, & mores ipſos ordinandos conveniſtis, irreprehenſibiles ſitis, abſtinentes ab omni ſpecie mali, Deo per omnia placentes, qui nos vocavit in ſuum regnum, & gloriam. Ideoque ut veſtra, cúm in omnibus, tùm maximè in obedientia præfulgeat virtus, Tabellam Synodalis diſciplinæ duximus exarandam, ut eam exactè, ac diligentiſſimè in Domino obſervetis.

TABEL-

Digitized by Google

TABELLA SYNODALIS DISCIPLINÆ

I. *Clerus ad Synodum vocatus, ſecum cogitet, quas ob cauſas hæc actio anniverſaria celebretur.*

1 *Qua in cogitatione, videat præclaras illas virtutes præſtandas eſſe, quæ in Clero elucere debent.*

2 *Religioſam igitur animi præparationem in omni actu Synodali adhibeat.*

3 *Inceſſu, ſtatu, ſeſſione, omnique actu, morũ gravitatē præſeferat.*

4 *Videat unuſquiſque, an Clericalis inſtitutionis moribus congruentèr vivat?*

5 *An ad ſpiritualis diſciplinæ exercitationem incumbat?*

6 *An in divinorum officiorum cultù religiosè ſe gerat?*

7 *An in Eccleſiaſticis functionibus obeundis diligens.*

8 *An in decretorum executione ſolicitus?*

9 *An ſancto zelo accenſus?*

II. *Hac diſquiſitione, & præparatione inſtructi omnes ſemper, & hoc Synodali tempore, hæc præſtabunt:*

1 *Ut non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtineant.*

2 *Ad cauponas non divertant.*

3 *Per plateas non vagentur,*

4 *Præ curioſitate, hàc, atque illàc non concurrant, immò verò in verbo, in converſatione, in charitate, in juſtitia, & ſanctitate ſtudiosè, pièque verſentur.*

5 *Ad Synodalem ſeſſionem, ſtatuta hora indicta, conveniant non raptim, ſed gravi inceſſu.*

6 *Bini quoad fieri poteſt, conveniant, audito campanæ ſonitu.*

7 *Caveant, ne cibum ſumant, ſed jejuni de mane accedant.*

8 *Vocibus ne obſtrepant, & ſemper utantur ſilentio, tùm maxime, cum de ſuggeſtu aliquid edicitur, pronunciatur, aut legitur; ſed attentiſſimi ſint animo ad omnem promulgationem, & lectionem.*

9 *Omnes cæremoniarum Magiſtris obtemperent, ut cum ſtãdum ſit, ſtent: cum genua flectenda, flectant.*

10 *Nemo diſcedat abſque impetrata venia à Vicario Generali.*

11 *Præfecti diſciplinæ Synodalis Tabellam hanc accuratiſſimè ipſi exequantur, idemque à reliquis fieri omni diligentia curent. Si quos, contra quod præſcriptum eſt, agere animadverterint, primum eos moneant, & corripiant, deinde, ſi non abſtineant, ad Vicarium Generalem deferant, ut canonicæ correctioni ſubjaceant.*

DECRE-

Digitized by Google

DECRETUM III.

De Miniſtris Synodalibus.

In hac noſtra Synodo eligimus, ac conſtituimus.

1 *Promotorem Urbanum* N.N.
2 *Promotorem foraneum* N.N.
3 *Secretarium* N.N.
4 *Coadjutorem Secretarii* N.N.
5 *Judices quærelarum, & excuſationum* N.N.N.N.
6 *Præfectos diſciplinæ Synodalis, & Scrutinii* N.N.N.N.
7 *Præfectum Hoſpitiorum* N.N.
8 *Coadjutores præfecti hoſpitiorum* N.N.N.N.
9 *Confeſſarios Cleri* N.N.
10 *Procuratores Cleri* N.N.
11 *Oeconomum pro exigendo Cathedratico* N.N.
12 *Magiſtrum cæremoniarum cum Sociis* N.N.N.N.N.N.
13 *Oſtiarios Synodi* N.N.N.N.
14 *Notarios* N.N.

DECRETUM IV.

De non inferendo alicui præjudicio.

SI autem contigerit, aliquem, qui noſtræ Synodo convenerit, aut non ſuo loco ſediſſe, aut alienum occupaſſe, aut aliquid aliud egiſſe: propterea à nemine jus ullum acquiri, vel acquiſitum eſſe, aut omninò cuiquam quicquam juris detrahi, vel addi: ſed omnia in eo ipſo ſtatu, quo ante convocatam, habitamque Synodum erant, permanere totalitèr ſancimus, atque decernimus.

DECRETUM V.

De non diſcedendo.

OMnibus denunciamus, ſinguliſque, qui Synodi cauſa convenerunt, aut qui huic Synodo intereſſe de jure, vel conſuetudine debent, ut ne ex hac Urbe quis diſcedat, antequàm habita, dimiſſa, & abſoluta ſit hæc noſtra Diœceſana Synodus, excommunicationis pœna non parentibus propoſita; niſi fortè abeundi quis à nobis, vel à noſtro Generali Vicario licentiam impetrarit. Omnes autem Synodalibus cœtibus, ſeſſionibus, actionibuſque quibuſcumque intereſſe, eadem excommunicatione negligentibus ſtatuta, jubemus.

DECRETUM VI.

De oratione publica.

VAldè conſiderabile chriſtianum munus inter cætera eſt oratio; ideòque non niſi optimnm erit, ſi à vobis in hac Synodo vocatis, & legitimè congregatis adimpleatur, præcipimus itaque, & hortamur, ut omnes orent.

1 *Pro*

1 *Pro SS.Domino Noſtro . . . . . PP. . . . & pro Ecleſiæ Catholicæ Romanæ tranquillitate.*

2 *Pro T. ac Reverendiſſimo noſtro Archiepiſcopo, & pro omnibus Prælatis hujus Provinciæ.*

3 *Pro Sereniſſimis N.N. Imperatore, & N.N. noſtro Rege.*

4 *Pro Chriſtianę diſciplinę augmento in hac Diœceſi, & ubiq; locorum.*

5 *Pro ſalutari hujus ſynodi ſucceſſu.*

6 *Pro conſtanti, perpetuaque Cleri, Populique in bene agendo perſeverantia.*

7 *Pro Miniſtris etiam, qui ad hujus Eccleſiæ cultum adhibentur.*

8 *Pro perfecta omnium decretorum executione.*

INSTANTIA PRIMA PROMOTORUM
De Fidei profeſſione.

T. ac Reverendiſſime Domine. Ex Sacri Tridentini Concilii decreto ſancitum eſt, ut omnes, qui Eccleſiaſtica beneficia ſunt conſecuti, & qui Diœceſanæ Synodo intereſſe debent, in ea Synodo, quę primo quoque tempore celebrabitur, profeſſionem Fidei emittant. Ideo Nos N.N.N.N. hujus Synodi Promotores, humilitèr petimus, & requirimus, decretum illud legi, & ad præſcriptum, ab iis, qui tenentur omnia, & ſingula præſtari.

Archiepiſcopus Reſp. Decernimus, & mandamus ita fieri.

DECRETUM VII.
De Fidei profeſſione.

Quamvis eximio Dei beneficio, ſummam eſſe in Civitate, & Diœceſi noſtra Catholicæ fidei venerationem, pro comperto habeamus; tamen, ut Sacri Tridentini Concilii decreto exactiſſima præſtetur executio, ut de cætero exploratius conſtare poſſit, hoc idem ritè, & rectè ab omnibus, & ſingulis juxtà Tridentini ſanctionem, more in S.R.E. recepto, emitti coram Nobis, atque præſtari ab omnibus volumus, ac jubemus. Omnes igitur, & ſinguli Eccleſiaſtica beneficia habentes, ac ſacris ordinibus initiati, qui alias in Synodo non præſtiterunt, accedant, & ipſam Profeſſionem fidei genuflexi juxtà formam à Pio IV. præſcriptam in medio Clero coram omnibus emittant.

Formula profeſſionis fidei habetur in Appēdice quartę Synodi pag. 25.

Brevis formula profeſſionis Fidei, poſt integram profeſſionem publicè lectam.

Ego N.N. recipio, promitto, ſpondeo, profiteor, deteſtor, anathematizo, voveo, & juro, ut in Decretis, & formula profeſſionis Fidei ex Bulla modo lecta, ſingula ſingulis referendo. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

DE-

Digitized by Google

DECRETUM VIII.

De continuatione ſeſſionis.

DEcernimus, & indicimus continuationem ſeſſionis fore hodiè hora 19. infallibiliter, in qua vocabuntur omnes, & ſcrutinium ſiet à Præfectis, & Cathedraticum Oeconomo ſolvetur.

INSTANTIA SECUNDA PROMOTORUM.

Contra abſentes.

T. ac Reverendiſſime Domine, cum jam venerit menſis, & dies, qua omnes, & ſinguli Eccleſiaſtici Ordinis viri hujus Urbis, & Diœceſis ad præſcriptum legitimè moniti, Synodo huic jam præſentes eſſe debent, cumque multi non parverint, ſed uſque adeo vel negligentes, vel contumaces fuerint, ut neque prẹſentes adſint, neque juſti impedimenti excuſationem, cauſamve, aut nuncium miſerint; ideo pro noſtri muneris officio Nos NNNN. hujus Synodi Promoteres, eorum contumaciam accuſamus apud T. Amplitudinem tuam, ut citationem, valvis hujus Metropolitanæ Eccleſiæ affigi, & cum iiſdem, tanquam inobedientibus, agi jubeat, prout juris eſt, & Sacrorum, Canonum ratio poſtulat.

Archiepiſcopus Reſp. Ita decernimus, & declaramus.

INSTANTIA TERTIA PROMOTORUM.

Pro rogitu Actorum.

Nos N.N.N.N. hujus Synodi Promotores rogamus te N.N. Notarium Archiepiſcopalem, ut de omnibus, & ſingulis in hac ſeſſione peractis, unum vel plura conficias inſtrumentum, & inſtrumenta.

Notarius reſpondet: Conficiam:

Rogitus Actorum.

Prædicta omnia: & ſingula acta, & decreta in præſenti Synodali ſeſſioni celebrata, promulgata, lecta, lata, & recepta fuiſſe in Eccleſia . . . . coram Reverendiſs. Capitulo eiuſdem Metropolitanæ, necnon admodùm Reverendis Capitulis Collegiatarum Urbis, & Clero Urbano, & foraneo de more ſub die . . . . Menſis . . . . Anno . . . fidem facio, atque teſtor.

Ego N.N. Notarius Apoſtolicus, &c.

DECRETUM IX.

De Diſceſſu.

NE quiſquam è ſuo loco diſcedat, antequàm T. Archiepiſcopus abjerit: nec verò raptim, & turbulenter, ſed graviter, & decoro inceſſu.

INSTANTIA QUARTA PROMOTORUM.

Pro vocatione Cleri, Cathedratico ſolvendo, & ſcrutinio peragendo.

T. ac Reverendiſſime Domine. A Conciliis generalibus, & præcipuè Tridentino, ſtatutum eſt, quod omnes Eccleſiaſtici, qui jure, vel conſuetudine Diœceſana Synodo, quæ quotannis celebrabitur, etiam exempti intereſſe debent, ſi negligentes fuerint, pœnas Sacris Canonibus ſancitas incurrant; quamobrem eos omnes ex ſuggeſtu publicè vocari, & ſucceſſivè Cathedraticum jure Diœceſano debitum perſolvi, tum ſcrutinium à Patribus ſapientiſſimè inſtitutum, haberi humilitèr petimus, & ut exactè, ac diligentiſſimè fiat, T. Amplitudinem tuam obſecramus.

Archiepiſcopus Reſp. Ita decernimus, & declaramus.

DECRETUM X.

De Clero vocando, & Cathedratico ſolvendo.

OMnes, & ſinguli vocabuntur, quicunque ſint, qui huic Synodo Diœceſanæ præſentes adeſſe debent: qui certo Eccleſiæ nomine vocati, ordine bini, & collegiatim ad T. Archiepiſcopum rectà accedant, cui reverentiam exhibeant; & quia ſinguli nominatim vocabuntur, capite aperto, & ſtantes, modeſtà, & alta voce reſpondeant: Adſum: Cathedraticum autem nemo omittant ſolvere Oeconomo à nobis deſtinato.

DECRETUM XI.

De Synodali Scrutinio.

POſt Cleri vocationem, Synodale ſcrutinium, à Patribus inſtitutum, per Præfectos agi decernimus, ſcilicet dum alii ſucceſſivè vocantur, vocatorum fiat ſcrutinium, quod per Cappellas hujus Eccleſiæ diſtributo Clero peragatur.

TABELLA SCRUTINII.

A PRÆFECTIS CAPITULORUM.

1. *An Miſſæ Conventuales, & horæ Canonicæ celebrëtur ad preſcriptum?*
2. *An Punctatores officium ſuum præſtent?*

A PAROCHIS.

1. *An orationes pro Synodo procuraverint?*
2. *An Miſſa de Spiritu ſancto ſit celebrata?*
3. *An habeant ſermonem ad populum diebus feſtis?*
4. *Quę Nundinę diebus feſtis habeantur in propria Parochia?*
5. *An attulerint notulam eorum, qui non ſunt confeſſu, vel qui non cōmunicaverit in Paſchate?*
6. *An ſtatum animarum renovaverint?*
7. *An doctrinæ Chriſtiana traden-*

Digitized by Google

dendæ dent operam.

8. *An dederint notulam blaſphemorum, concubinariorum, conjugum diviſorum, &c. & numeri animarum, baptizatorum Matrimoniorum, excommunicatorum?*

9. *An confecerint catalogum Cleri in ſua Parochia iuxta præmonitiones editas?*

10. *An onera Miſſarum habeant, & quæ?*

11. *An ſæpiùs confiteantur, & attulerint ea de re teſtimonium?*

12. *An reſideant? ubi habitent?*

13. *An Rituali Romano utantur?*

14. *An evulgent jejunia, & feſta?*

15. *An libros habeant parochiales ad præſcriptum dicti Ritualis.*

A BENEFICIATIS.

1. *An attulerint literas collationis?* (niſi antea fuerint inviſitatione recognitæ) *alias exhibeātur, & extra Synodalem ſeſſionem recognoſcantur.*

2. *Quænam ſit eorum obligatio?*

3. *An inventaria confecerint bonorum?*

4. *An decreta Viſitationis impleverint?*

A SINGULIS.

1. *An Breviarium cum Calendario habeant?*

2. *An confiteantur?*

3. *An ſuperpelliceum mundum?*

4. *An tonſuram?*

5. *An veſtem talarem?*

6. *An caligas, & collaria ad formam?*

7. *An calceos, biretum, anulos, capillos, barbam, quæ Clericos decent?*

8. *An noverint cantum Gregorianum?*

9. *An aliquid occurrat in clero, vel populo corrigendum?*

INSTANTIA QUINTA PROMOTORUM
Contra abſentes.

T. ac Reverendiſſime Domine. Cum jàm, menſis, & dies venerit, qua omnes, & ſinguli Eccleſiaſtici Ordinis Viri hujus Urbis, & Diœceſis ad præſcriptum legitimè moniti, Synodo huic jàm præſentes adeſſe debent, cumque multi non parverint, ſed uſque adeo, vel negligentes, vel contumaces fuerint, ut neque præſentes adſint, neque juſti impedimenti excuſationem, cauſamve, aut nuncium miſerint: Ideò pro noſtri muneris officio Nos N.N.N.N. hujus Synodi Promotores, eorum contumaciam accuſamus apud T. Amplitudinem tuam, ut citationem valvis hujus Metropolitanæ Eccleſiæ affigi, & cum eiſdē tamquàm inobedientibus agi jubeat, prout juris eſt, & Sacrorum Canonum ratio poſtulat.

Archiepiſcopus Reſp. Ita decernimus, & declaramus.

INSTAN-

Digitized by Google

INSTANTIA SEXTA PROMOTORUM.

Pro electione Judicum, & Examinatorum.

T.ac Revereudiſſime Domine. Cum ſanctæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. habeatur facta Conſtitutio, ut in Conciliis Diœceſanis aliquot perſonę deſignētur, deliganturve, dignitatem, vel perſonatum habentes, ſeù ſaltem Canonicatum in Cathedrali, quibus cauſæ Eccleſiaſticæ, ac Spirituales præter Ordinarios locorum, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, auctoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum ejuſdem committantur. Cui conſtitutioni Concilium Tridentinum inhærens, ſimilitèr decrevit. Alia inſuper conſtitutione eſt decretum, examinatores ſingulis annis in Diœceſana Synodo ab Epiſcopo, vel ejus Generali Vicario, adminus ſex proponi debere, ut in Eccleſiarum parochialium vacatione tres ab Epiſcopo ex illis eligendi cum eo axamen conficiant. Ideo Nos N. N. N. N. hujus Synodi Promotores, humiliter petimus, & inſtamus, ut tot perſonæ, quot, & quales conſtitutiones prædictæ poſtulant, & ad id aptæ ab T. Amplitudine tua deſignentur, ita ut pro hujus Diœceſis magnitudine deligantur Judices, & Examinatores, qui omninò munus Examinandi, judicandive ex præſcripto S.C.T. integrè præſtent.

Archiepiſcopus Reſp. Ita decernimus, & declaramus.

DECRETUM XII.

De Judicibus Synodalibus.

APoſtolicis Sanctionibus, & Sacri Concilii Tridentini parendo, atque conſtitutionem Bonifacii PP. VIII. Gregorii XV. primam incipientem: Statutam, &c. alteram: In futurum ſanctitas ſua, &c. in gratiam Regularium: ac decretum Concilii Tridentini Seſſ. 25. cap. x. incipiens: Quoniam ob malitioſam, &c. ſuper hoc in mentem punctualiter revocando, proponimus vobis hos dignitate, & ſcientia pollentes, quibus cauſæ delegentur judicandæ, donec altera Synodus habeatur.

N.N. &c.

DECRETUM XIII.

De Examinatoribus.

PAriter Tridentini decretum ſeſs. 24. cap. 28. incipiens: Examinatores autem, &c. ad mentem fideliter revocando, ac illud exequi volentes pro Diœceſis noſtræ amplitudine, vobis in Examinatores proponimus hoſce viros ſcientia præſtantes, qui munus hoc uſque ad alteram Synodum gerant.

N.N. &c.

Digitized by Google

DECRETUM XIV.

De Punctatoribus.

QUia tamen ſummoperè ad Eccleſiaſticam diſciplinam conſervandam Punctatoribus opus eſt; ideò ſuper hoc tales punctatores deligimus.

Pro Metropolitana N.N.

Pro Collegiatis Urbis N.N.N.N.

DECRETUM XV.

De Jure jurando.

ACcedant Examinatores,& Punctatores ad T. Archiepiſcopum: coram quo iuramentum præſtent.

Hoc modo:

Ego N.N.cauſa officii Examinatoris,vel Punctatoris,quod ſuſcepi promitto,ſpondeo,ac iuro,me fidelitèr,& ſincerè,quantum in me eſt, executurum.Sic me Deus adiuvet,& hæ Sanctorum Reliquiæ.

DECRETUM XVI.

De præſtando iuramento ab abſentibus.

QUi verò Examinatores,& Punctatores per nos nominati, propter legitimam abſentiam, ex præſcripto,in Synodo iuramentum non præſtiterunt, illud præſtent,prout Vicarius Generalis mandaverit.

INSTANTIA SEPTIMA PROMOTORUM.

Pro decretorum lectione.

T.ac Reverendiſſime Domine.Ut Synodi hujus totalis finis,conſiſtens in morum correctione,& Eccleſiaſticarum rerum inſtauratione, adimpleatur; ideò Nos N. N. N. N. hujus Synodi Promotores, ab T. Amplitudine tua petimus, atque inſtamus legi,& publicari Decreta, tum generalia à Conciliis Generalibus, vel à Summis Pontificibus facta, tum ſpecialia, & Diœceſana quæcumque pro tua charitate, & prudentia pro Clero tuo Diœceſano mandavit, atque conſtituit:quorum virtute idem Clerus inſtructior in dies fiat,ac ad Eccleſiasticæ diſciplinæ obſervantiam promptiſſimus ſit,atq;paratus.

Archiepiſcopus Reſp. Ita decernimus,& declaramus.

DECRETUM XVII.

De Decretorum,& Conſtitutionum lectione.

BUllas multas Pontificias, ac Sacri Concilii non pauca Decreta, præcipuè Tridentini de reſidentia,Pii II. de Clericis,malè promotis,B.Pii V.de confidentiis beneficialibus, & alias ad mentem pro nunc omnia revocamus : exactè enim legentur in tota Diœceſi infra annum diebus,& modis per Nos deſignandis,& ſic decernimus.Conſtitu-

ſtitutiones verò Synodales nunc legi, edici, & promulgari ſancimus ad hoc, ut finis maximus congregatæ Synodi explicetur. Sunt autem hujuſmodi: *Hic legentur à Secretario Conſtitutiones Synodales, quibus ſubdetur lectio Summarii Bullæ Cænæ, quod habetur in Appendice ſecunda Synodi pag. 43. & Tabella Caſuum Archiep. reſervatorum inſerta in Appendice prima Synodi pag. 50. & alter Caſus in tertia Synodo cap. 5. pag. 11.*

Instantia octava Promotorum
Pro Officialibus Cleri.

T. ac Reverendiſſime Domine. Solent ad faciliorem gubernationē, & adminiſtrationem ſuarum Eccleſiarum Prælati aſſumere aliquot Viros graves, prudentes, & variis muneribus addictos, ut onus paſtorale, etiam Angelicis humeris formidandum aliquo modo eorum miniſterio teneant. Ideò Nos N.N.N.N. humiliter inſtamus, & petimus talitèr fieri pro hujus Metropolitanæ Eccleſiæ bono regimine, atq; ejuſdem utilitate. Exoramus etiam T. Amplitudinem tuam, ut de ſuggeſtu nominentur, ad hoc, ut à Clero eorum merita, nomina, & munia cognoſcantur.

Archiepiſcopus Reſp. Ita decernimus, & declaramus.

DECRETUM XVIII.
De Officialibus Cleri.

Officiales Cleri cum eorum muneribus deſignamus, eligimus, & conſtituimus.

1 *Conſultores S. Officii* N.N.N.N &c.
2 *Pœnitentiarium Eccleſiæ Metropolitanæ* N.N.
3 *Præfectos Chori* N.N.N.N.
4 *Præfectos Muſices* N.N.N.N.
5 *Præfectos diſciplinæ Clericalis* N.N.N.N.
6 *Seminarii Deputatos* N.N.N.N.
7 *Reviſores Indulgentiarum* N.N.N.N.
8 *Recognitores onerum Miſſarum* N.N.N.N.
9 *Advocatum pauperum* N.N.
10 *Procuratorem Pauperum* N.N.
11 *Præfectum ſpiritualem carceratorum* N.N.
12 *Vicarios foraneos* N.N.N.N.
13 *Præfectos Doctrinæ Chriſtianæ* N.N.N.N.
14 *Prefectos fabricę Eccleſiaſticę* N.N.N.N.
15. *Ratiocinatores locorum piorum* N.N.N.N.

Peti-

Digitized by Google

PETITIO PROCURATORUM CLERI.

Pro reductione Miſſarum.

T. ac Reverendiſſime Domine. Datur facultas T. Amplitudini Tuę à Sacroſancto Concilio Tridentino, ut in Synodo Diœceſana, rebus diligenter perſpectis, pro ſua conſcientia in Eccleſiis ſuæ Diœceſis ſibi ſubjectis, ſtatuere poſſit circa numerum Miſſarum, vel ob tenuem eleemoſynam, vel ob magnum Miſſarum numerum ante Concilium Tridentinum à Teſtatoribus relictarum, & item à Sacr. Congr. Concilii ejuſdem Tridentini circa Anniverſaria, & officia Defunctorum, quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum utilitatem expedire videatur: cum autem in hac Synodo non poſſint omnia examinari profundius, Nos N.N.N.N. Cleri Procuratores, humiliter petimus, & inſtamus apud T. Amplitudinem tuam pro prędictorum onerum reductione.

T. ac Reverendiſſimus Dominus cum multa videnda, & conſideranda noſcat circa prędicta, quæ in hoc conſeſſu ita diligentèr, & accuratè, prout decet, decerni non poſſint, facultatem, ipſi tempore Synodi à jure tributam, extra præſentem conſeſſum, ſibi reſervat.

Cæremoniarius moneat: ſi ſit aliquid petendum, præſententur Archiepiſcopo ſupplices libelli.

INSTANTIA NONA PROMOTORUM.

Pro Concluſione Synodi.

T. ac Reverendiſſime Domine. Cùm omnia, quæ agenda, & tractanda erant in hac Diœceſana Synodo (divino favente auxilio) ad finem optatum perducta ſint; ideò Nos N.N.N.N. ejuſdem Synodi Promotores à T. Amplitudine tua devotè petimus, ut eandem Synodum concludere, & cum ſancta benedictione jam dimittere, ac diſſolvere velit.

Archiepiſcopus Reſp. Ita decernimus, & declaramus

DECRETUM XIX.

De Synodi Concluſione.

HÆc ſunt, quæ Spirituiſancto, & nobis decernenda viſa ſunt in præſenti noſtra Synodo Diœcęſana, quam optatum finem conſecutam, complemus. Propterea ipſam, Deo, qui eandem cœpit, & perfecit, gratias agentes, concludendam eſſe decernimus, & concluſam denunciamus.

INSTANTIA DECIMA PROMOTORUM.

Pro Indictione futuræ Synodi.

Statutum ex antiquo Canone eſt, ut proximam Diœceſanam Synodum Epiſcopus in ſeſſione indicat; ideo Nos N.N.N.N. præſentis

Synodi

Digitized by Google

Synodi Promotores,humiliter petimus, Synodum Diœceſanam proximè futuram omnibus, qui intereſſe debent in hoc Synodali conſeſſu pronunciari,& indici.

Archiepiſcopus Reſp. Ita decernimus,& declaramus.

DECRETUM XX.

De Indictione futuræ Synodi.

SYnodum aliam futuram juxtà S. Concilii Tridentini ſanctiones & antiquum noſtræ Eccleſiæ morem,indicimus habendam eſſe die 24.menſis Auguſti ſequentis anni . . . . . . niſi quid emerſerit declarandum , ſeù decernendum in Synodo Litaniarum , quæ de more habebitur die 25.Octobris currentis anni . . . . .

Instantia undecima Promotorum.

Pro Rogitu Actorum.

Nos N.N.N.N.hujus Synodi Promotores rogamus te N.N. Notarium Archiepiſcopalem,ut de omnibus,& ſingulis in hac ſeſſione peractis unum,vel plura conficias inſtrumentum,& inſtrumenta.

Notarius Reſpondet: Conficiam.

Rogitus Actorum.

PRædicta omnia,& ſingula acta,& decreta in præſenti Synodo cōtenta, celebrata, promulgata, lecta,lata,& recepta fuiſſe in Eccleſia . . . . coram Reverendiſſimo Capitulo ejuſdem Metropolitanæ,necnon admodum Reverendis Capitulis Collegiatarum Urbis,& Clero urbano , & foraneo de more ſub die . . . . Menſis . . . . Anno . . . . fidem facio,atque teſtor.

Ego N.N.Notarius Apoſtolicus,&c.

Capita Orationis Mentalis.

1 FRatres chariſſimi , toto corde converſi ad Dominum , mentes ad Cœlum erigamus,& corporibus proſtrati hæc devotè precemur,invocatis ſanctis Patronis,& Protectoribus hujus Ecclſiæ, nec non quorum corpora hic quieſcentia veneramur.

2 Orate intimo cordis dolore , ut Dominus peccatorum veſtrorum veniam vobis concedat,negligentiis indulgeat, ignorantiæ parcat,errata omnia condonet,quæ in Clericali diſciplina,in officiis Sacerdotalibus multiplici errore commiſiſtis.

3 Intimo charitatis affectu ſinguli pro Archiepiſcopo noſtro , & omnibus,qui in hoc Clero continentur,idem orate.Orate invicem ut ſalvemini.

4 Fratres chariſſimi,unanimes perſeverate in oratione, & à Patre miſericordiarum,& Deo totius conſolationis,quem credimus eſſe in medio hujus Sacri Cœtus, petite Spirituſsancti dona , ut poſthac , digne

Digitized by Google

dignè omnes ambulent vocatione, qua vocati ſunt; ut Sacramenta dignè miniſtrent; Verbum Dei cum fructu prædicent; animas ſolicitè curent; religiosè vivant; in patientia poſſideant animas ſuas.

5 Fratres chariſſimi unanimes orate pro SS. D. N. Papa N. N. Chriſti Vicario, ut Sanctam Eccleſiam ſanctè gubernet cum Sacro Cardinalium Collegio. Orate pro S. Eccleſia Romana, ut eam toto terrarum Orbe diffuſam Deus conſervet, defendat, augeat, & exaltet ad honorem, & gloriam ſuam.

6 Fratres chariſſimi orate pro Imperatore, & Rege noſtro, pro Principibus, & Rectoribus temporalibus hujus noſtræ Diœceſis, ut cum pace, & ſalute ſuum munus exequantur. Eccleſiæ defenſores ſe præſtent, & vitam ſempiternam mereantur.

7 Orate, & pro cunctis populis huius Diœceſis, ut Deus conſervet in eis Sanctam Catholicam fidem, peccata eliminet, augeat devotionem, concedat abundantiam fructuum Terræ ad eorum felicitatem.

ACCLAMATIONES

Habentur in prima Synodo pag. 23.

DECRETUM ULTIMUM

De Synodi Dimiſſione.

AD laudem Omnipotentis DEI, Beatiſſimæque ſemper Virginis MARIÆ Matris DEI, Sancti Michaelis Arcangeli, Beati Apoſtoli Bartholomæi, SS. Pontificum Januarii, & Barbati, SS. Confeſſorum Dominici, & Philippi Nerii, reliquorũque hujus noſtræ Civitatis Patronorum, cæterorumque Sanctorum, Synodum diſſolutam, ac dimiſſam decernimus: itaut unicuique licitum ſit ad proprias Eccleſias redire. Hortamur tamen, & obſecramus vos, Fratres chariſſimi quatenùs tales in veſtro munere ſitis, ut in moribus veſtris hujus noſtræ Synodi fructus eluceſcat, & veſtro exemplo imitationem ſanctam plebs acquirat.

FINIS.

NOTI-

Digitized by Google